

M. 1, 709. L. M. I 362



7

5

D

9



*De tribus nostræ ætatis Cæsari-
bus Augustis,*

CAROLO V.

FERDINANDO I.

MAXIMILIANO II.

Orationes

A

DAVIDE CHYTRÆO,
datæ adolescentibus in
schola recitandæ.



VVITEBERGÆ

ANNO

M. D. LXXXIII.

De tribus nostris suis Cesaribus
per Augustum

CAROLO F.

FERDINANDO I.

MAXIMILIANO II.

Quintus

26

DAVIDE



VALLBERG

ANNO

M. D. LXXIII



NOBILISSIMIS
INCLYTI DVCATVS
STIRIÆ PROCERIBVS, D.
Baldafaro, & Georgio VVagen: D. Ioan-
ni à Stybich: D. Adamo, & Georgio à
Lengheim: D. Georgio, Henrico,
& Paulo ab Bibeswald: domi-
nis & Patronis reueren-
ter colendis.



CIO DIVINITVS
in imperijs & poli-
tjjs distinctionem
ordinum factam
esse: et Heroicas fa-
milijs reliqua hominum multi-
tudini regenda & in officio con-
tinenda, a Deo praefectas, ideoq;
motus animorum acriores ac ge-
nerosiores illis inditos esse, quos
honestas doctrina, pietate, mo-
rum

A 2 rum

4 EPISTOLA

rum elegantia & optimarum
artium cognitione confirmari et
excoli vult Deus, ut & priva-
tim mores suos regere, & utili-
ter reipublica, cuius gubernacu-
lis destinati sunt, seruire possint.
Quare hortator sum iuuentuti,
ut pulcerrimum ordinem, &
gradus hominum in imperijs
diuinitus institutos agnoscant et
venerentur, & suum cuiq; gra-
dum in hac societate reuerenter
tribuant; & communem tran-
quillitatem ament, & doctrina
ac disciplina se ad usus reipubli-
cae necessarios instruant.

Vestram quoq; sapientiam
& pietatem laudo, quod fratres

&

DEDICATORIA.

Et agnatos vestros, nobilissimo genere Et indole ornatos, cultura vera pietatis, doctrina litterarum, Et virtutis studijs, ad Reipublicæ administrationem vultis preparari. Quibus, si quid prestare officij Et benevolentie, vobis probata et ipsis fructuosa possim: agnosco me, non solum ratione muneris scolastici, in quo studijs iuniorum, quantum Deus mihi concedit, serviendum est: Verum etiam complurimorum, quæ à vobis Et collegis vestris isthic accepi, beneficiorum, iam dudum debere.

Intelligo autem ex postremis à M. Israele Stalino, ad me alla-

A 3 tis

tis literis, & monumento vestrae bonitatis, & erga me amoris illustri fideliter reddito, non ingrattam vobis qualemcumq; mei erga vos et nobiles adolescentes mihi commendatos studij & conatus ipsis gratificandi, significationem fuisse.

Quare ut vicissim gratum me vobis & agnatis vestris declarem: Orationes de nobilissimis, & in summo gubernationis Reipublicae fastigio diuinitus collocatis, patriae vestrae principibus, Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II. Imppp. mitto & dedico.

Caroli vitam his diebus recogno-

DEDICATORIA. 7

cognoui, & multarum non insuauium historiolarum & apophtegmatum ipsius sapientiss. accessione auxi.

Ferdinandi laudatio, eam fortè ob causam non iniucundior vobis erit, quod in Stiria vestra primùm nata, et in illustris scholæ vestre introductione, à nobili adolescente Stiriaco, Gracia pronuntiata est.

Concionis verò de Maximiliano, in hac schola habita, relectio, magnum & acerbum mœrorem, ex generosissimi baronis Austriaci, Ioannis Cyriaci in Polbaim & Vartenburg &c. obitu immaturo, mihi renouauit.

A 4 Is

§

EPISTOLA

Is verè regia indole iuuenis erat,
generosa morum gravitate, cum
singulari humanitate coniuncta.
Ingenium pietatis & virtutis
amore ardens, omniumq; do-
ctrinarum capax, ad quas à pri-
ma etate, sapientis & sanctæ
matris Iudithæ, nata baronisse
in VVeisbriach, cui unicus fili-
us erat, studio & fide adhibitus,
& in procul distans à complexu
matris scholas, Argentinam,
VWittebergam et hanc nostram
missus fuerat: in qua omnes bo-
nos ad sui amorem admiratio-
nemq; rapiens, & summum A-
cademiæ Magistratum gerens,
hanc de Maximiliano Imp. ora-
tionem,

DEDICATORIA.

tionem, qui baptismi ipsius testis fuerat, publicè recitavit. Paucis post annis in archiducatum Austria reuersus, & Imperatori Rodolpho, ac communis patriæ commodis iuuandis, officia sua destinans, in ipso ætatis flore, & nuptiarum apparatu, iuuenis summæ spei & expectationis, extinctus est. Vt verè exclamare cum Cicerone, etiam in hoc tristi casu liceat, O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spacio sæpe franguntur & corruunt, & antè in ipso cursu obruuntur, quàm portum conspiciere potuerunt.

A 5 runt.

rūt. Sed nos in Ecclesia Christi, nō
 casu fortuito, nec causis secundis
 tātūm, nasci et occidere homines
 scimus, ut poma alia matura, a-
 lia ante maturitatem decidunt,
 sed certo Dei patris cœlestis cōsi-
 lio & voluntate, alios citius, alios
 tardius ex huius vitæ hospitio
 euocari: & in vera agnitione &
 fiducia filij Dei pro nobis mortui
 & resuscitati ex hac vita disce-
 dentes, in beatam & æternam
 Dei & Ecclesie cœlestis consue-
 tudinem & vitam, quæ sola vi-
 ta nominanda est, in qua Deum,
 qui finis est desideriorum nostro-
 rum, sine fine videbimus, sine
 fastidio amabimus, sine fatiga-
 tione

tione laudabimus, transferri.

Quod igitur Paulinus Pneumatiurn in obitu filij immaturo consolans, gravissime scribit, in presenti etiam luctu usurpabo. Gratulor an doleam? dignus utroq; baro. Cuius amor lacrymas Et amor mihi gaudia suadet; Sed gaudere fides, flere iubet pietas. Tam modicum patria, tam dulci è pignore fructum Deleo in exiguo temporis esse datũ. Rursus ut aeterna bona volo perennia vita, Quae Deus in caelis preparat innocuis: Lætor obisse, brevis functum mortalia seculo, ut cito divinas perfrueretur opes. Ne terrena diu contagia

mixtus

mixtus iniquis duceret, in fra-
gili corporis hospitio. Sed nullo
istius temeratus crimine mundi,
Dignius aeternum tenderet ad
Dominum. Ergo Deo potius
quam nobis debitus &c. Hanc
optimi & generosissimi baronis,
cuius pietatem, virtutem, do-
ctrinam, & prorsus amabilem
morum gravitatem ex animo
semper dilexi et admiratus sum:
mentionem intexere huic epistola
volui, cum optimi & maximi
principis Maximiliani Impera-
toris encomium ab illo pronunci-
atum, una cum Carolo & Fer-
dinando ad vos missurus essem.
Deum conditorem & custodem
impe-

DEDICATORIA.

13

imperatorum, & principum bonorum, & omnium virtutum in familijs Heroicis fontem, toto pectore precor, ut nostra etiam aetati, & nostra posteritati, principes tribus his, sapientia, virtute & clementia similes, tribuat: & vestras excell. cum omnibus agnatis & propinquis vestris, et tota patria, incolumes & florentes perpetuò seruet. Datum Rostochij, Kal. Maij. Anno MDCCXVIII.

O R A T I O
DE CAROLO V.
IMPERATORE, STV.
dioso cuidam Belgæ
præscripta.



Estimonium pro-
uidentia & præsentia
Dei in genere humano
eximium & singulare
est, quòd non solum
imperia & regna, fo-
uendæ ecclesiæ, & honestæ hominum
societati legibus, iudicijs, disciplina, pa-
ce & commercijs multarum gentium
muniendæ seruientia, constituit, &
lapsa instaurat, & potenti dextra sua
defendit ac seruat: verùm etiam He-
roicos Reges ac Principes, excellenti
sapientia & virtute à se ornatos, subina-
de imperijs tribuit, & singularibus mo-
tibus regit, & adiuuat in rebus geren-
dis, vt eorum gubernatio felix sit, &
generi humano salutaris.

Talem

CAROLI VIRTUS. 15

Talem Heroem, excellenti sapientia, virtute, & felicitate in rebus gerendis, à Deo ornatum, & adiutum: & in summa potentia, & successuum prosperitate, modestum, clementem, iustum, moderatum & salutarem generi humano principem fuisse *CAROLEM V.* Imperatorem, imò vt Gemmam & sidus illustre in reliqua serie regum ac principum Heroica virtute præstantium, qui vnquam fuerunt, effulsisse, omnes cordati & prudentes viri agnoscunt: & patria inprimis mea & Belgicæ gentes, sub imperio Caroli placido & moderato olim tranquillæ & florentissimæ, luculentè testantur. Nam remoto custode hoc iusticiæ & pacis publicæ diuinitis gubernato & adiuto, ideoq; felice, quàm tristes & tetræ disputationes & confusiones proximis annis, nouæ subinde exortæ, & sine fine & modo cumulatae sint, gementes videmus. Quibus vt tandem *DEVS* nostri misertus catastrophem optatam & salutarem imponat,

91 *CAROLI VIRTUS*

nat, toto eum pectore & ardentibus
votis precemur.

Interea bonitatem & praesentiam
DEI in Caroli V. gubernatione gra-
ti agnoscamus, & sapientiam ac virtua-
tem huius Herois celebremus. Verè
enim de eo adolescente admodum ad
Romani imperij fastigium recens eue-
cto, vir sapientissimus Mercurinus
Gattinaria veluti vaticinatus est, di-
cens Pontano, electoris Saxoniae can-
cellario, Benè fecisse principes Germa-
niae, quòd Carolum imperatorem ele-
gissent, experturos enim, quòd sit S A-
PIENS & BONVS. Bonitatis
certè & clementiae ac moderationis a-
nimi, in tanta potentia, & summis for-
tunae successibus, non elati, nec vllum
iniustae cupiditatis, superbiae aut saevit-
iae iudicium edentis, vix vllum aliud
ex historijs illustrius exemplum pro-
ferri potest. cum capto ad Ticinum
Galliae rege Francisco, omnium oculi
in eum intenti essent, quomodo tantae
victoriae nuncium excepturus esset,
nullo

nullam gestientis lætitiæ aut insolentiæ
 significationem vlllo dicto aut gestu ela-
 tiore præbuit, sed prohibitis etiam pub-
 licæ lætitiæ signis vsitatè edi solitis,
 rectà in templum, vt Deo ob tantam
 victoriam gratias ageret, se contulit, ac
 sequenti die eucharistiæ sacramentum
 sumit, & septem dierum supplicatio-
 nes solennes indixit, vt Deo soli tan-
 tam victoriam se acceptam referre tes-
 taretur: ac vt communi multorum vo-
 ce hoc Dei beneficium celebraretur.
 Regum verò in aula sua legatis gratula-
 ntibus respondit, se Dei erga se bene-
 uolentiam agnoscere, & optare vt hac
 victoria ad pacem & tranquillitatem
 orbis Christiani rectè constituendam,
 & bellum contra nominis Christiani
 hostes gerendum, salutariter vti possit.
 Multos principes bello à se victos, sup-
 plices clementer recepit, & filios in a-
 missam hæreditatem paternam restitua-
 it, quos omnibus fortunis priuare sum-
 mo iure potuisset.

Sapientiæ verò & ingenij ac cons

B

filios

filiorum Caroli exquisitis, etsi ex omnibus ipsius actionibus & reb. gestis radij illustres perpetuò fulserunt, vnicum tamen Schonbergij Cardinalis Capuiani testimonium nunc recitabo, qui reuersus ex legationibus in Hispaniam, Gallias & Angliam: cum interrogaretur, quid in tribus illis regnis admiratione & memoratu maximè dignum vidisset: concinnè admodum & breuiter respondit: in Gallis, pulchrum Regnum: in Anglia, pulchrum Regem: in Hispanijs, Sapiens consilium R. E. G. I. S. se inuenisse.

Scio aliquos vestrum tacitos secum mirari, cur huius regis historiam in hoc congressu recitare instituerim. At omnibus pijs in Ecclesia Christi constat, Christum ipsum, Sua voce, Cæsarem Romanum, quanquam dissentientem de religione, in templo Hierosolymitano nominasse, & verbo suo stabilivisse & obedientiam, honorem, tributa & cætera officia ipsi debita reddi iussisse. Cur igitur nos Cæsarem Romanum à Christo

Christo

Christo ipso laudatum, & tot Heroicis virtutibus à DEO ornatum, & Ecclesiis nostris non planè iniquis, in his nostris cœtibus prædicare, vereamur.

Etsi enim incitatus à Pontificijs Carolus edicta in religionem nostram duriora aliquoties proposuit: tamen singulari animi æquitate & moderatione, cum multa hæerere vicia & abusus tetros etiam in Pontificia Ecclesia sciret: exequi ea, priusquam legitimo iudicio controuersiæ dijudicatae essent, noluit. Ideoq; synodum, in qua res tantæ, legitime cognoscerentur, seriò & assidue à Pontifice flagitauit, & institutis in Germania congressibus & colloquijs de tota religionis doctrina amicis, beneuolè componere dissidia Ecclesiarum studuit. Donec tandem politicos prætextus speciosos adeptus, principes quosdam & ciuitates confœderatas armis ad officium redigendos esse censuit, & tamen in armis ipsis nihil gessit immoderatus, & hos victos ac supplices in gratiam plerosq; benigne
 B 2 recepit,

recepit, & postea pacem & αὐτονομίαν
Ecclesijs nostris concessit.

Quanta virtutum præstantia in ve-
tustis Heroibus, Samfone, Dauide,
Salomone, Hercule, Alexandro fuit.
Hi tamen sua etiam vicia & lapsus ha-
bent, quorum exempla nos de huma-
na infirmitate, de modestia & inuoca-
tione DEI admonent. Ac nihilominus
excellentes Heroum illorum virtutes
et benemerita in genus humanum, vel-
ut eximia & illustria DEI dona, nos
agnoscere, admirari & celebrare decet.

Quare ad pietatem & gratitudi-
nem DEO & Cæsari Carolo, qui vi-
ces Dei in hoc imperio & amplissimis
regnis sapienter & iustè regendis ac tu-
endis annos amplius quadraginta gese-
fit: & toti Heroicæ familiæ archiduc-
cum Austriæ, quæ tot præstantes sapi-
entia, virtute, magnitudine animi, mo-
deratione & clementia Imperatores or-
bi Christiano dedit, debitam pertinet:
grata mente & voce, principum, per
quos sua bona, iusticiam, pacem, &
alia

alia nobis adeò prolixè tribuit, memoriam conseruare. Reuerenter itaq; à vobis viri CL, & adolescentes studiosissimi peto, vt me summa delibantem hìstoriæ vitæ, ac virtutum Caroli fastigia, benignè attenteq; audiatìs.

Pater Caroli V. Imperatoris fuit *Parentes.*
PHILIPPVS archidux Austriae, dux Burgundiae, & Rex Castellae: anno 1478. in hanc lucem editus, *23. Iunij.* parente Maximiliano archiduce Austriae, Friderici III. Imperatoris filio, & Maria, Caroli Burgundi nata, & amplissimarum regionum, quas inferiorem Germaniam vulgò nominamus, hæredes de vnica.

Mater, **IOANNA**: Ferdinandi magni, Aragoniæ regis catholici: & Elizabethæ, reginæ Castellæ filia secunda: Primogenitam enim, matrì *ἑμώνημον*, Emanuel Lusitaniae rex vxorem anno 1479. Cùm ipso nuptiarum tempore, Ioannes, Ioannæ matris Caroli V. frater, Ferdinandi Aragonis filius vnicus (in cuius matrimonio Mar-

B 3 garetta,

1498.

gareta, Philippi archiducis soror viuebat) adolescens diem suum obiisset, relicta coniuge grauida, quæ cum paulò post aborriisset: Emanuel cum coniuge Elisabetha, in Castellam vocati, velut legitimi regnorum hæredes, fidem à populis acceperunt. Cæsar augustæ, Aragoniæ metropoli, dum commorantur reges, & de conditionibus fidei à Cæsaraugustanis dandæ, aliquot menses cum illis disceptant: Elisabetha iunior, filium Michaellem, summa cum aui Ferdinandi & parentum læticia, & totius Hispaniæ plausu peperit, quem infantem, vniuersa Hispania & Lusitania Regem, summa consensione, fide ipsi iurata, statim declararunt.

1498.

Sed DEVS æternus & summus REX, qui imperia & regna in terris ipse constituit & transfert: & cui ipse vult, tribuit: non Lusitanicæ, sed Austriacæ stirpi: non Emanueli aut Michaeli, sed Philippo & Carolo: amplissima Hispaniarum regna destinarat. Matre enim Michaelis in partu extincta,

cta,

eta, & infante vix bimo ex his terris 1500.
 euocato, successionis ius omne ad ma-
 terteram ipsius Ioannam, Philippi ar-
 chiducis Austriae & ducis Burgundiae
 coniugem deuolutum est. Quae, eor-
 dem anno Iubilaeo 1500. die 24. Fe-
 bruarij, tertia post mediam noctem ho-
 ra, CAROLVM V. Imper. no- *Natiuitas.*
 strum, Gandavi Flandriae metropoli *tas.*
 enixa est, anno post Carolum magnū,
 qui religionem Christianam in has gen-
 tes Saxonicas primus inuexit, Impera-
 torem renunciatum, septingentesimo:
 annis post Augusti Caesaris natalem
 1560.

Et si autem Heroica virtus & felici-
 citas non a siderum, nascenti fulgentis-
 um, positu: sed à DEO bonorum om-
 nium fonte praecipue donatur: tamen
 vt alioquin magna in Caesare Augusto
 & Carolo ingenij, morum, consilio-
 rum, rerum gestarum, & varietatis
 euentuum, similitudo fuit: sic vterq;
 Capricornū ὠροσκοπον ἔα habuit: qua
 de causa monetam Augustus Capri-

B 4

corni

corni nota percussit: & vtrique Saturnus cum Marte in Tauro coniunctus fuit. Caroli etiam Genesim, insignem Solis, Iouis, Veneris & Mercurij in cuspide secundæ coniunctionem præstantis ingenij, fortunæ & gloria significatricem habuit. Sed relictis astris, DEVM nascenti Carolo propiciam affuisse, & Heroici ingenij, virtutis & fortunæ dona singularia, plurimis gentibus imperio ipsius subiectis seruitura tribuisse statuamus.

*Bapti.
smus.*

Baptismi testes Carolo infanti, duo dynastæ, Carolus à Croia, & Bergensis, & duæ reginæ viduæ fuerunt, Margarita Britannica proauia, Eduardi III. Angliæ regis soror: & Margarita amita, Ioannis filij Castellæ & Aragoniæ regis vidua.

Indoles.

Quod autem de Heroica Herculis indole Ouidius dixit, id veriùs de Carolo dici potest, Ingenium cœleste suis velocius annis, Surgit, & ingrata fert malè damna moræ. Statim enim, in prima pueritia, ingens donorum varietas in

tas in natura & ingenio Caroli emicuit: quod humanum, mite, prudens, graue, magnanimum, placabile, moderatum, verax, iustum, semper sibi constans & tranquillum ac serenum; triste tamen magis et taciturnum, quam hilare & lætum; cunctabundum magis quàm præceps; deniq; natiua bonitate & indole verè Heroica, & ad omnia summo rege digna præuolante excellens; arma tamen magis quàm libros amans, vt armis potius quàm literis natum fuit, de quo non intempestiuum fortasse fuerit hoc loco recensere, quod in castris ad V Vitebergam postea Lucas pictor senex, Carolo sciscitanti narrauit, cum ex oppido in tentorium euocato Carolus exposuisset, sibi à Duce Saxoniae Ioh. Friderico nuper à se capto, Tabulam egregiam, à Luca pictam, in conuentu Spirensi dono datam fuisse, cuius aspectu aliquoties delectatus, picturas ipsius magnificerit. Est autem, inquit, Mechliniae in conclauis meo tabella, in qua effigiem meam,

B s am,

am, cum puer essem, depinxisti. Scire igitur ex te volo, quæ fuerit tunc ætas mea? Respondet Lucas, octo annorum erat ætas tua, cum Imp. Maximilianus te dextra circumducens iuberet Belgicam nobilitatem & ciuitates iuramento promittere obedientiam. Cum autem picturam ordiret, Maiestas tua sæpè ad diuersa loca respiciebat, vt solent pueri. Ibi præceptor, qui tuam naturam norat, dicebat te mirificè delectari aspersione teli, iussitq; ad parietem aduersum collocari egregiè fabrefactum telum; cumq; tu ab eo non deflecteres oculos, ego feliciter absolui picturam. Cæsar hac narratione valdè delectatus blandè Lucam compellauit. Ibi tum bonus senex cogitans de fortuna & patriæ & Domini sui, flens procumbit coram Cæsare, & pro suo captiuo hero fit supplex. Cæsar placidissimè perficiam inquit, vt Dominus tuus, captiuus princeps, experiatur meam clementiam ornatumq; munere Lucam in urbem remittit.

Acces

Accessit autem ad indolem Caroli Heroicam, Educationis etiam & disciplinae sanctitas, & naturae ultrò pietati deditae, ad religionis & omnium virtutum officia assuefactio accurata, & literarum etiam cultura aliqua, sub praecipitore Adriano Florentio Ultraiectino, viro graui & eximio theologo, (qui tamen ipse virum principem, bonis moribus magis, quam bonis coloribus imbuui debere dicebat) & sub V Vilhelmo à Croia, quem Ceurium, vulgò den von Schiffen nominabant, primo Arescoti marchione, aulae & morum magistro; accessit. Erga vtrumque praecipitorem gratissimus postea Carolus extitit, cum Adriano episcopatum Dertusensem, & vices in regenda Hispania suas commendauit, ad quas summi etiam pontificatus fastigium statim adiunctum est. V Vilhelmi autem ex fratre nepoti, adolescenti Ludouicum viuem, praecipitorem habenti, archiepiscopatum Toletanum, dignitate & opulentia omnibus in tota Hispania excellens

Educatio.

cellentem, Francisco Ximene Cardia-
nale mortuo, absente contulit, quo ta-
men generosissimæ indolis adolescens,
antequam Hispanias adiret, V/Vormaa-
tiæ in comitijs extinctus, frui nequa-
quam potuit.

Erasmus etiam, eruditissimo &
planè aureolo, de institutione principis
libello, sapientissimis & sanctissimis
sententijs & præceptis gubernandi Rē-
publicam, & consilia, mores, actio-
nesq; principum omnes regendi, stipa-
to, & veram ac integram Christiani &
optimi principis imaginem exprimen-
te, ad Carolum scripto; studia & gu-
bernationem adolescentis, nuper Im-
perio Belgicarum prouinciarum inau-
gurati, iuuare conatus est, de quo ipse
his verbis meminit; Libellum de prin-
cipe Christiano; Carolo nunc Cæsari,
porreximus, recens in aulae principalis
famulitium acciti, vt essemus inter prin-
cipis consiliarios. Atq; hoc pacto pri-
mum fidelis consiliarij partes sumus aus-
picati, Hoc enim epitheton solenniter
addi

addi solet consiliarijs, quum pleriq; principes nihil minus ament, quam verè fidos consiliarios; & pleriq; consiliarij nihil minus præstent, quam cognitum suum.

Vt autem verissimè Syracides ait, in manu DEI esse gubernationem terræ, Qui utrunq; & principes bonos ac salutare, & consiliarios prudentes ac fideles tribuat: ita verè diuinitus, Caroli adolescentis gubernationi, duo præstantissimi & fidissimi βουλευφόροι adiuncti sunt Ioannes Syluagius cancellarius, & V Vilhelmus Ceurius aulæ magister, à quo sic institutus & assuefactus est Carolus, vt etiam si annos ætatis quindecim nondum excessisset: tamen ex quibuscunq; prouincijs adferrentur literæ, vel nocte intempesta, omnes ipsi redderentur, ex quibus perlectis ad consilium ipse referret. Cumq; Gallicus legatus apud Ceurium cœnans, se mirari diceret, quod adolescentis principis ingenio tantum laboris, quo eum facile leuare posset, imponeret;

ret;

ret: Ego inquit Ceurius, curator & tutor sum datus Carolo, quem me mor tuo sui iuris esse velim. Quod si negotiorum & rerum suarum ignarus sit: nouo curatore illi opus erit, si ex aliena tantum diligentia & fide pendeat. Idem Ceurius dum vixit, pacis & amicitiae cum rege Gallico & omnibus vicinis seruandae Carolo autor extitit. Qua statim post illius obitum sublata, bellum inter Carolum & Gallos successit, quod, breuibus subinde inducijs interceptum, totos ferè 40. annos durauit etc.

1521.

Sed priusquam de Caroli adulescentia, & initijs gubernationis, ad quam in Belgicis prouincijs, anno ætatis decimoquinto; in Hispaniæ regnis, decimo septimo peruenit; plura dicam breuem patris Philippi, qui Caroli potentiae & amplitudini secutæ fundamēta iecit, mentionem intexam. Extinctis enim paulò antè in Hispania, Ioanne, regum catholicorum filio; & filia primogenita Elisabetha; & ex ea nepote

1497

1498

te Mis

EDUCATIO

4

re Michaelis; reges, Philippum gene- 1500
rum, cum coniuge Ioanna, quæ inter
tes superstites filias natu maxima erat,
ex Belgico in Hispaniam euocant, vt
hæreditariæ regionum successioni à po-
pulis Hispaniæ, præstito illis fidei &
obedientiæ debitæ iuramento, inaugura-
rentur. Id iter exeunte anno 1501
per medias Gallias susceptum, splen-
didissimo Panegyrico in laudem Phi-
lippi principis patriæ reducis scripto, &
de omnibus boni principis officijs si-
mul monente, Erasmus postea celebra-
uit.

Philippus accepta in Hispaniis po-
pulorum fide, cum vitæ suæ custodem
& magistrum ab adolescentia adhibi-
tum Franciscum Búslidium, archiepis-
copum Bisontinum (cuius frater Hie-
ronymus collegium trilingue Louani- 1518
postea instituit) & alios familiares &
caros, cœli inclementia Madriti amisisset,
ineunte anno 1530. rursus per
Galliam, cuius rex, cum Ferdinando
socero apertum bellum in regno Nea-
polis

politano & ad Pyrenæi rādices gerebat; multum dissuadente focru, quæ Hispanæ gentis animos & mores diuturniore consuetudine cognoscendos, nec hosti familiæ Austriacæ & Hispanæ Gallo fidendum esse monebat; redire in Flandriam instituit, relicta in Hispaniis coniuge grauida: quæ Ferdinandum filium, Caroli fratrem, & postea in imperio successorem, Compluti, mense Martio genuit, eodemq; mense post annum, e complexu matris, in Lauretano portu soluens, maritum in Belgicum secuta est.

Die 10
Martij.
1504.

1504. Interea feбри continua & lenta, regina Elisabetha, Caroli auia, exeunte anno extinguitur. Quæ in testamento, si Ioanna filia, laborem administrandi regna sua, recusaret, aut alia de causa sustinere non valeret; nulla Philippi generi mentione facta, marito Ferdinando gubernationem regnorum, donec Carolus nepos vicelimum ætatis annum attigisset, commendaret. Verum Castellani proceres quidam, Aragoniis

TER CAROLI

33

gonijs infensi, & Belgæ prædæ inhi-
antes, apud Philippum regem adoles-
centem instabant, vt gubernationem
regnorum Castellæ quàm primum sus-
sciperet, & Ferdinandus focer, Cas-
tellæ regnis omninò exiret.

Profecto igitur in Hispaniam Phi-
lippo; Ferdinandus focer in regnum 1506
Neapolitanum discedens cum in Ebus April.
sam insulam peruenisset, nuncium de
morte generi Philippi, septimo post-
quàm in Hispaniam appulerat mense
extincti, accipit. Quare à Ioanna filia
& archiepiscopo Toletano Francisco
Ximenio gubernatore reuocatus, vera-
tente anno, regnorum Castellæ admis- 1507
nistrationem denuò susceptam, & ac-
cessione regni Nauarræ à se occupati 1512
auctam, vsque ad annum 1516. reti-
nuit, cuius ineuntis die 19. Ianuarij ex
his terris decessit.

CAROLUS nepos, ante annos ani-
mumq; gerens curasq; viriles, & Bel-
gicas prouincias iam gubernans, co-
gnita aui materni morte, Regis Castel-

C

læ &

lae & Hispaniae titulum statim assumit ;
 sed iter in Hispaniam amplius sesquis
 anno differt. Interea Franciscus Xime-
 nes Cardinalis senex , summo ingenio,
 prudentia, integritate , industria, auto-
 ritate , potentia , & longo Reipub. ge-
 rendae usu excellens, rigidi seruator ho-
 nesti , nihil cuiusquam gratiae aut po-
 tentiae tribuens , nec vllis terroribus ce-
 dens , ac omnino Catoni illi Censorio ,
 apud Liuium celebrato similis, summæ
 rerum in Hispania , Carolo absente
 præerat , qui ex Regis & Reipub. ma-
 iestate & commodis omnia administra-
 bat, & institutis militum in singulis vr-
 bibus delectibus , quos præsidia Reipub.
 nominabat , mandata regis & sen-
 natus ac iudicum seuerè exequiebatur.

1517,

Carolus in Hispaniam exeunte
 Septembri appellens , salutata Turde-
 sillis matre ægra, Pinciã, quæ nunc Val-
 lidoletum nominatur , ad indicta pro-
 cerum & vrbium comitia venit, in quibus

1518.

bus sequentis anni initio , Hispaniæ
 regnis summo cum populorum apa-
 plausu

plausu inauguratus est. Etsi enim, qui summis consilijs in aula præerant Belgæ, præfecturas & magistratus publicos, Hispanis attribui consuetos, exteris hominibus auarè statuto precio vendebant, & immunitates, priuilegia, literas, & omnia quæ in aula petebantur, venalia habebant; quæ res ciuili bello occasionem postea, Carolo ad Belgas redeunte, præbuit; tamen heroicæ bonitatis, iusticiæ, modestiæ, comitati & mansuetudini Caroli, cunctorum animos ad sui amorem admirationemq; rapienti, & omnium corda sibi deuinciendi, offensiones illæ tum condonabantur.

Venerat paulò antè ad regiam, accusatus, ex Hispaniola noui orbis insula, 310. gradui long. 20. latit. subiecta, Didacus Columbus maris præfectus, Christophori Columbi Genuensis, qui admirando ad omnem posteritatem ausu & industria primus ignotum antea omnibus, & inaccessum orbem illum peruestigare cœperat, &

primum in ea insula Hispanorum domicilium collocarat, filius. Is inmanem Hispanorum militum in homines insulanos velut mancipia bello capta crudelitatem reprimere ac lenire Caroli autoritate; eosque, solo dominorum nutu antea stantes aut cadentes, in vicos & oppida redigere, & civilem vitam degere, & religionis Christianae doctrinam discere cupiebat. Etsi autem frementibus Hispanis militibus, & libidini ac tyrannidi suae frenos iniecti indignantibus, multae salutari huic instituto remorae obiiciebantur; tamen id initium fuit libertatis provincialium vindicandae, & Episcopos in Nouo orbe certos ordinandi, quorum circiter viginti à Carolo deinceps instituti sunt: tribus archiepiscopis, S. Dominici in Hispaniola; & Mexici in noua Hispania, & Regij in Peruana, subiecti.

Est enim totus hic nouus orbis, qui à freto Magalanico ad terram Coreterialis, ad 1300. miliaria Germanica porrigitur, in duas ingentes peninsulas

las

CAROLINO.

37.

las (Americam seu Peruanam , & No-
uam Hispaniam) angusto inter se lith-
mo ad Panamaidem cohærentes; & cõ-
geriem insularum Chersonesis interie-
ctarum , ex quibus clarissima est Hi-
spaniola ; diuisus , quarum singulis sin-
guli archiepiscopi postea sunt præfecti.
Nam circa hæc initia regni Caroli , solæ
adhuc insulæ & aliquot continentis A-
mericæ, ab Americo Vespucio primùm
resectæ littorales prouinciæ: Paria, Cus-
mana, Granata, Terra Firina, Dariene,
quæ primùm continentis noui orbis
episcopum Ioannem Cabedum ha-
buit, & exiguus versus meridiem tra-
ctus peruestigatus fuit : & Bresilia,
Peruanis orientem versus contigua , à
Lusitanis iam tenebatur. Qui orienta-
lem Indiam primùm Vascho Gama
duce ingressi, iam Taprobanem & Ma-
lacam , olim auream Chersonesum , è
directo Peruanis antipodibus aduers-
sam , ad Moluccas insulas vsq; Æqua-
tori subiectas & aromatum fertilitate
beatas , processerant.

Long. 300°
Lat. 8.

1497.

Long. 170

C 3 Prætere



Prætere autem hoc loco Ferdia-
 nandi Magalani, nobilis Lusitani, &
 viri magnanimi, mentionem nequa-
 quam debeo, qui altero post Caroli in
 Hispaniam aduentum anno, nouam ad
 1518. Moluccas, velut ad regis Castellæ im-
 perium spectantes viam, per occiden-
 tem, se aperturum Carolo ostendebat.
 1492. Cum enim Castellani, Columbo duce,
 terras nouas in occidente vestigare cœ-
 pissent: & Lusitani antea, meridiem et
 orientem versus Africæ oram legentes,
 1493. loca quædam occupassent: Alexander
 VI. PP. inter Ioannem II. Lusitaniam,
 & Ferdinandum Hispaniæ tum reges,
 limitem constituit, meridianum, cen-
 tum miliaribus ab insulis Azores seu
 Long. 358. Falconum (ex quibus vna est Tercera,
 Lat. 37. quam Antonius Lusitanus, cum Phi-
 lippo Caroli filio de Lusitaniam regno
 contendens, belli arcem his annis ha-
 buit) & Hesperidum seu Capitis viridis
 (quas circiter tredecim, ex opposito
 eius nominis in Africa promontorio,
 inter ostia Nigri Æthiopiæ fl. promi-
 nente,

nente, sic nominant) occasum versus
 distantem. Vnde quicquid in occidentem
 nauigantibus Hispanis incognitæ
 terræ vsq; ad grad. long. 180. aperiretur,
 id omne Castellæ regis esset, quicquid
 autem in orientem, ad totidem
 gradus, Lusitanis cederet. Postea vt
 Bresiliam rex Lusitaniæ à Petro Capra-
 li præfecto suo tempestatibus eò eiecto,
 occupatam retineret, noua transactio:
 ne ad tercentum miliaria hunc limitem 1500.
 à primo meridiano promouit, vt 36.
 gradus à Lyfibona (quæ vndecim gra-
 dus à primo meridiano distat) abesset.

Cùm igitur Magalanus, ducto se-
 cum mathematico Roderico Falerio,
 ex Ptolemæi numeris, qui Indi fl. ostio
 115. Gangis 145. aureæ Chersoneso
 160. gradus longitudinis tribuit; de-
 monstrasset, Moluccas insulas, quæ
 adhuc 40. gradus inde abessent, extra
 limitem 180. grad. Lusitanis statutum
 ad alterum hemisphærium Hispanis
 concessum pertinere; Carolus quinque
 C 4 nauium

40 FERD. MAGALANI. NAVI.

1520.

navium classe instructum Magalanum, ad Moluccas nouo itinere per occidentem adeundas dimittit. Qui animi magnitudine penè plùs quàm humana, ignotas terras & maria lustrans, ad 53. latit: austrinæ gradum, æquinoctialem transgressus, Fretum, quod ab eo nunc Magalanicum appellant, inter Peruanam & polo Antarcticò subiectas terras aperuit. per quod orientem versus cursum dirigens, etsi ipse in insula Mautama, penè in conspectu Moluccarum, per insidias cæsus fuit: tamen duæ ex ipsius nauibus ad Moluccas peruenierunt. Quarum vna toto terrarum orbe, auspicijs Caroli circumnavigato, incolumis, Hispalin redijt, vbi reliquiæ illius, memoriæ posteritatis causa, iure meritoq; seruantur.

1522.

8. Sept.

Præbuit autem hæc Magalani indicatio, & inde ortum inter reges vicinos & affines dissidium, Lusitanis occasionem, situs & interualla illarum regionum, aliquot eclipsibus Lunæ pariter in India & Lusitania per homines
peria

peritos, à Petro Nonio mathematico instructos, obseruatis, diligentius explorandi. Cùm igitur animaduertissent, vnã & eandem lunæ eclipsin, quæ in Diensi vrbe ad ostium Indi, media nocte cernebatur, Lysibonæ ex oriente luna, noctis initio conspici: ac semper lunam, Diij aut Cambaiæ, ad Indi ostia, sex horis antè, quàm in Lusitania, deficere notassent: interuallum inter Lysibonam & Indi ostia, proximum, esse nonaginta graduum prehenderunt. Inde inter Gangis & Indi ostia, 150. miliaria German. seu decem aut vndecim gradus, rectissima linea, per basin chersonesi (in qua Calcuti, Decani, Narlingæ &c. regna sunt) ducta, interesse attenderunt. cùm Ptolemæus, (qui terras illas ipse non lustrasse, sed à nauis fide dignis, imperitis tamen, iter illud, quod longissimis ambagibus chersonesos circumnauigando ipsi confecerant, 350. mil. spacio metientibus, in errorem ductus esse à Lusitanis scribitur) triginta

C 5 ta gra

ta gradibus spacium illud definiat, perinde ac si Afer aliquis, harum Baltici littoris regionum imperitus, Cimbricam chersonesum nobis vicinam, ab Albis ostio, vsq; ad Drauum Lubecæ portum, nauis amplius 130. miliarium seu tredecim graduum spacio circumiens; tantò interuallo Albis ostium à Drauo abesse domi referret. cùm recta linea per basin Cimbricæ chersonesii ducta, vix tres gradus seu 30. miliaria complectatur. Idem in alterius chersonensi Indiæ, cuius extremam oram aurea chersonesus, Malaca hodie dicta, & obiecta illi Taprobana insula hodie Samatra obtinet; descriptione Ptolemæo accidisse aiunt, cuius numeris in recentiorum Geographorum tabulis emendandis hæ Lusitanorum explorationes accuratæ, occasionem primam dederunt.

1719
28. Iunij.

Hæc studiosorum cognitione dignissima, paulò prolixius commemorare malui; quàm in omnibus nota Historia
storia

Historia electionis Caroli Imperatoris
 Romanorum declarati; & nauigationis
 in Angliam & Belgium ac coronationis
 Aquisgrani; & comitorum
 VVormaciæ, in quibus Lutherum fide
 de publica ad se vocatum & auditum
 proscripsit; & belli Hispanici, Gallici
 ac Mediolanensis, cum Francisco Gala
 liæ rege statim secuti, & totum ferè
 decennium continuati; quæ plurimo
 rum scriptorum, qui in omnium ma
 nibus sunt, monumentis luculentè ex
 posita est; immorari. Pauca tamen,
 ex illis temporibus, pietatis, clemen
 tiæ, ac bonitatis Caroli exempla delis
 babo. vbi de electione Imperatoris
 hoc vnum monuero, singulari consi
 lio & beneficio DEI, volentis Eccle
 siæ & Reipublicæ opem & salutem
 ferre, Electorum deliberationes in co
 fenatu gubernatas esse. Cum enim post
 Maximil. obitū, diuersæ sapientum de
 creando Imp. opiniones, diuersa electo
 rum studia, & factiones essent; & duo
 potentissimi principes, Franciscus Rex
 Galliæ

1520.

1521.

Galliæ, & Carolus noster, Imperium ambirent; & vterq; sibi addictos in senatu electorum amicos & suffragatores haberet: diuinitus hoc consilium Friderico Saxonie Duci, & præfidi senatus Alberto Moguntino suppeditatum est, vt primum iurarent electores, se nullam electionem publicè renunciaturos esse, priusquam vnus aliquis communi consensu designatus esset. Alioquin enim dissentientes electorū suffragationes, horribilibus discordijs & bellis Germaniam totam implicaturæ fuissent. Tandem verò, post grauissimas & acres in summo illo imperij Senatu disputationes, cum Gallici regis causam se obtinere ipsius suffragatores non posse cernerent, ad Fridericum Saxonie ducem imperium detulerunt. Is vero se alienissimum ab ambitione, & solam Reipub. salutem spectare ostendens, planè recusauit; nec quenquam alium, in quo cum summa potentia & felicitate, virtus tanto muneri sustinendo par sit, quàm Carolum sibi

ELECTIO.

45

sibi videri, constanter pronunciauit.
Ita Carolus, in Hispanijs absens, com-
muni electorum consensu tandem re-
nunciatus est, ex qua renunciatione in
hospitium reuertens Fridericus, sapi-
entis, dixit, Imperatorem hunc à Deo
nobis propicio & irato datum esse.

Gott hat
vns ein
Keyser
geben Zu
Gnaden
vnd vn-
gnaden.

1520

Carolus significata ipsi electione, in
Germaniam redijt, & accepta Aquis-
grani Cæsarea corona; VVormatiæ,
prima Imperij sui comitia, ineunte an-
no 1521, habuit, in quibus forma gu-
bernationis & senatus imperij, absente
Carolo Rempub. administraturi &
Camera iudicio, & pace publica & a-
lijs ad Germaniæ salutem pertinenti-
bus negocijs constitutis; ad bellorum
cogitationes se conuertit: quorum oc-
casionibus & historijs relictis, pauca
tantum, vt dixi, pietatis & clementiæ
Caroli exempla, decerpam.

Cum enim VVormatiæ, non lon-
gis interuallis, de regno Nauarræ à
Gallis occupato, de Belgia populatis-
onibus, & Hispaniæ tumultibus nuns-
cios

cios accepisset: palâm testatus est se inu-
 uitum & repugnantem ad arma trahi,
 ac dolere se, Turcis, qui in Vngaria
 Belgradum oppugnaturi essent, inte-
 stinis bellis viam in Germaniam sterni.
 Orare autem DEVM, vt sibi, Rem-
 publicam orbis Christiani tranquillam
 & florentem perpetuò manere cupien-
 ti, opem ferat, & in causa iusta adius-
 tor, custos & vindex adsit. Has pre-
 ces pluribus verbis à se conceptas quo-
 tidie recitare solitus est. Nec tamen, vt
 à pueritia assueuerat, Horas suas seu
 preces canonicas, in militia & domi,
 legere intermittebat: ita vt familiares,
 precum illius assiduitatem & prolixita-
 tem cernentes, CAROLVM, alios
 qui natura taciturnum, SÆPIVS
 CVM DEO QVAM CVM
 HOMINIBVS LOQVI di-
 cerent.

In Hispania, populi, non vt aie-
 bant, contra regem, sed contra minis-
 tros regios, Belgas præcipuè, officia
 & magistratus omnes ac Rempub. ve-
 nalem

nalem habentes, concitati, sanctæ
 Giuntæ seu populorum communis
 conuentus nomine, spreta regionum
 præsidum autoritate, Rempub. adminis-
 trabant. Hi alicuius autoritate præ-
 diti capitis habendi cupidi, Ferdinandum
 Calabriae ducem, Friderici post-
 tremi ex Alphonsi posteris, Neapolita-
 rani regis filium, magno Consaluo olim
 Tarenti deditum, ex Sciatiuæ arce, in
 quam Ferdinandus, Caroli auus, in
 bello Nauarreno, cum fugam in Gal-
 lorum castra parantem, coniecerat, ex-
 traxerunt. Sed is arma contra regem
 sumere recusans, è carcere discedere no-
 luit. Itaque Ioannem à Padilla Toleta-
 num, Bracium Salamanticum, Maldo-
 natum & alios duces legerunt. Quos
 Iunigus Velascus dux Friasiorum Co-
 mestabilis & Fridericus dux Medinae
 maris præfectus, cæsis seditiosorum
 copijs, postea ceperunt, & Gallos, re-
 deuntibus ad Caesaris obedientiam His-
 paniaë populis, ex Nauarraë regno iam
 occupato, rursùm profligarunt, & pri-
 stinam

1504.

1512.

1521.

stinam tranquillitatem perturbatae Hispaniae restituerunt.

1522

Cæsar in Hispaniam reuersus, & Iusticiæ exemplum, compluribus seditionis autoribus seuerè punitis; & Bonitatis ac clementiæ, multitudini seductæ parcens ac condonans; & Gratiarum ac remunerationis fidei & officiorum sibi præstitorum edidit, dum & cæteris, qui in fide manserant, munificè & prolixè rependit; & Ferdinando Calabriae duci, ex carcere liberato, Germanam, Ferdinandi regis Hispani viduam, iuuenulam, sed sterilem, in matrimonium dedit, fortè eo etiam consilio, vt Alfonso senioris Aragoniæ regis progenies in eo finiretur.

Anno
1528.
exeunte.

In Mediolanensi bello, quod Leone X. pontifice per Iulium Card. Medicen, qui postea Clemens VII. fuit, incitante, restituendi Sfortiæ causa, aduersus Gallum, susceperat. & aliquot annis, ab omnibus, ab ipso pontifice Clemente in Italia indignissimè desertus ac proditus, gesserat; cum tandem
illustrem

illustrem victoriam, ipso rege Galliae
Francisco ad Ticinum capto, adeptus
esset: summæ pietatis, sapientiæ & mo-
destiæ significationes multas & insi-
gues ostendit; cum nuncio tantæ victo-
riæ, & captivi Galliae regis literis sup-
plicibus acceptis, statim ad templum
Deo gratias acturus concessit, nec alio-
rum more, ignibus aut campanarum
sonitu, alijsue modis, lætitiæ signa, vi-
ctorijs de religionis nostræ hostibus,
non de Christianis, ut aiebat, debita,
edi passus est. Gratulantibus verò re-
spondit, fateri se, gratam sibi esse hanc
victoriam, eam præcipuè ob causam,
quòd tam illustri testimonio Deum sibi,
ab omnibus amicis deserto, propi-
tium esse videret: & nunc sibi, ad Ec-
clesiæ & Reipub. Christianæ tranqui-
litem & pacem restituendam, ditum
faciliorem præberi speraret: & maio-
rem de amicis benè merendi, inimicis
verò ignoscendi facultatem esset habi-
turus (libet enim eadem verba, quæ
graviissimus historiæ temporum illorū

1525

D

scri

50 *DELIBERATIO. CÆSARIS*

scriptor à Cæsare vsurpata recitat, retinere) & quamuis hanc victoriam propterea quod nullus amicorum sibi ad eam consequendam opem tulisset, totam sibi iure vèdicare posse videretur: velle tamen eam cum omnibus cõmunicare. Cùmq; Venetum legatum, Reipub. suæ facta purgantem audiuiisset, ad eos qui astabant conuersus, eius excusationes veras non esse, sed tamen velle se eas tanquam veras admittere et accipere, dixit. Talibus in summæ sapientiæ et probitatis verbis ac significationibus vbi aliquot dies perseuerasset, vt quemadmodũ consueuerat, prudenter & moderatè ageret, conuocato senatu, quo pacto se cū Gallia rege gerere deberet, & ad quem finem hæc victoria esset dirigenda, ad consilium retulit.

Ibi Episcopus, confessor regius, qui veteri more primo loco sententiam in consilio regum Hispaniæ dicit, cū à DEO tantam Carolo victoriam donatam esse constet, vicissim ad Dei gloriam & communem orbis Christiani pacem

DE CAPTO REGE GALLIÆ. 31

pacem constituendam, & Turcas ac hæresin Lutheranam extirpandam referri eam debere: Ideoq; regem captivum, nulla pacto alia, nisi quæ ad perpetuam amicitiam & pacem & Christianæ Reipub. salutem pertineat, quam primum libertati restituendum esse suadet. Ita enim perpetuò Gallum accepti tanti beneficii memorē, & Cæsari amicū & fidum esse mansurum ostendit.

Fridericus Albæ dux e contra, hoc tantæ victoriæ diuino munere, Imperij & monarchiæ Romanæ auctoritatem & potentiam, ab alijs oppressam, rursus instaurandi (qua recuperata Dei gloriæ & Reipub. vtilitati maximè prodesse possit) occasionem nullo modo negligendam, sed quàm maximum fieri possit victoriæ huius fructum percipiendum esse disputat. Nam quòd episcopus, Galliæ regem, pro tanto beneficio, Cæsari gratum & fidum forte existimet: id hominum naturam & mores diligenter consideranti, prorsus contrarium videri. Nihil enim celerius

D 2 memo

memoria beneficiorum apud homines
interire, & quò maiora sint beneficia,
eò maiore maleficio vilitatè compensa-
ri. Et quos eò redactos fuisse, vt bene-
ficio opus habuerint, pudet: eosdem se
illud accepisse indignari. & à Gallis
præcipuè, qui natura leues & insolens
sint, animum constantem & gra-
tum frustra sperari.

Hanc sententiam cum cæteri sena-
tores secuti essent, Cæsar, vt solebat in
deliberationibus audire solummodò
consiliariorum sententias, nihil autem
illis præsentibus, sed suo iudicio solus
postea quid facturus esset, constituere:
tunc quoq; dicentes attentè audiuit, nec
tamen quid secū decreuisset, declarauit.

Postea verò mense Februario anni
1526. cum paulò antè Sibilix, Elisabe-
tham Emanuelis Portugallix regis filia-
am in matrimonium duxisset; grauissia-
mis conditionibus, ac inter cætera dus-
catus Burgundix restitutionem à Galo-
lo pactus, quantumuis reclamante
Mercurino, & regem non seruaturum
prædis

DELIBERATIO CÆSARIS. 53

prædicente, ideoq; pactiois tabulas ex officio subscribere recusante, eum dimisit.

Renouato autem per liberatum ex^{1526.} custodia Gallia regem, Pontificem, & Venetos bello; Carolus denuò se iniuratum & coactum ad arma retrahi testatus, & Deum innocentia suæ, & iustæ causæ vindicim fore confidens, inter hos Christiani orbis intestinos motus & bella ciuilia, magnæ sibi consolationi esse dixit, quòd interea innumeræ noui orbis gentes, Christianam religionem cupidè amplecterentur.

Nam biennio antè in amplissimum nouæ Hispaniæ in nouo orbe imperium à Ferdinando Cortesio, marchione Vallense, Caroli Cæsaris auspicijs, anno 1520. & sequentibus, tormentorum præcipuè miraculo populis terrefactis, occupatum; Martinus Valentinus cum duodecim collegis missus erat, sunt Mexici primùm, quæ vrbs totius regni metropolis situ & frequentia ^{276. long.} ciuium Venetæ similis perhibetur; ^{20. lat.}

D 3

Christi

Christi doctrina & religione populos illos (quorum plerosque lingua Saxonica seu Belgica antiquitus vti intelligo) imbueret, & Ecclesias constitueret. ex quibus suprema in vrbe Mexico, & septem aliae in reliquo regno episcopales, Xaliscæ, Mechauacæ, Guaxacæ, Tascalæ, Guatimalæ, Chiapæ & Nicaraguæ, tum fundatæ fuerunt. Et iam Franciscus Pizarrus, maris austrini, quod Blasus Nonnius, transitoad Darienem Isthmo primus inuenerat, Peruuiaë littora, trans æquatorrem perlustrare cœperat, in quam colonias aliquot, ipse postea prætor à Carolo constitutus deduxit, ac proregis & arciepiscopi sede, Regij, quæ vrbs, 290. gradus long. & 13. lat. austrinaë habet, erecta, longè lateq; Christianam religionem in amplissimis Peruanæ regionibus imperio Caroli subiectis, propagauit.

Sed in nostrum orbem Europeum redeo, cuius Pontifex, ambigua & fluxa fidei, Clemens VII, apertè iam Cæsaris

saris

faris hostibus foederatus, & regnum
 Neapolitanum inuadens, ab exercitu
 Cæsaris, ad defensionem Neapolis proa-
 ficiscente, quem Carolus Bourbonius
 ducebat, vrbe Roma direpta, captus,
 & omnes ipsius arces & vrbes in C A
 R O L I Imp. potestatem redactæ sunt.
 Qui optata hac occasione, veterem Ro-
 mani imperij sedem, potentiam, & ma-
 iestatem, à pontifice hæctenus vsurpa-
 tam, in Italia recuperare & stabilire po-
 tuisset. Sed re uerentia loci Apostolis-
 ci, & quadam religionis opinione, quæ
 in animo benè instituto plurimum ua-
 let, & Hispaniorū antistitum ac princia-
 lum superstitiosa in pontificem obser-
 uantia, non solum publicæ læticiæ si-
 gna, quæ tum nato Imperatoris filio
 Philippo edebantur, inhiberi iussit:
 verum etiam post octo menses, Cle-
 mentem pecunia tantum & iure patro-
 natus in regni Neapol. episcopatibus
 multatum, in pristinam amplitudinem
 & potentiam integrè restituit.

Postea occupante regnum Neapolitanum, & Neapolin obsidente Gallico exercitu: cum nauali praelio, pro rex Vgo Moncada caesus, & Alphonsus Vastius, Columna, alijque duces Caesareani, a Gallis capti, & omni maris usu priuati essent: plane desperatum de rebus Caesaris eo in regno putabatur. Sed DEVS pro Caesare pugnans, pestilenti lue, maximam Gallicorum exercitus partem, vna cum duce Odetto Fuxio Lautrechio delectit.

Sic DEVS se praesentem Carolo, ad quem opprimendum toties summorum in Europa regum, Papae & Venetorum potentia coniuncta fuit, adesse, mirandis victorijs ostendit: & autoritate ac felicitate eum armauit, vt Germania sub ipso mediocriter tranquilla fuerit. Cogitemus etiam Deum, arcano consilio, bellis Italicis, toto fere nouennio Carolum occupari hac etiam de causa voluisse, vt tutius & latius in Germania & vicinis gentibus spargi & propa-

propagari lux veræ Euangelij Doctrinæ, & Ecclesiæ teneræ conseruari & crescere ac confirmari possent. Hac DEI consilia euentus deinceps ostendit.

DEO igitur Carolum vbique protegente, & victorias ipsi de hostibus insignes tribuente, pacem ab eo pontifex & Gallus; & Bononiæ postea Franciscus Sfortia & Veneti supplices petunt 1529.
& impetrant.

Inde compositis Italiae rebus, & Imperij corona à pontifice accepta, in 1530.
Germaniam ad comitia Augustæ indicta, & religionis dissensiones à Luthe-
ro motas, amicè & placidè componendas, profectus est. Vbi doctrinæ ecclesi-
arum nostrarum confessionem à Ioanne electore Saxoniae & coniunctis principibus postulauit, cuius exhibitæ historiam copiosius alibi expositam meministis.

Etsi autem edictum contra ecclesias nostras asperius in eo conuentu edidit: tamen cum Moguntiae paulò post, 1531.

D 5

Albertus

Albertus archiepiscopus Mog: & Pala-
 latinus Ludouicus de Germaniæ pace
 cum eo colloquerentur; & Heldus vis-
 cecancellarius, Cæsaris astantis nomi-
 ne durius respondisset, Cæsarem qui
 alia etiam regna haberet, decretum
 aduersus hereticos in comitijs factum,
 etiamsi vastanda esset Germania, ex
 qui decreuisse; Cæsar hunc interpela-
 lans dixisse scribitur: Hæc non iussi te
 dicere. Nolo enim vastari Germani-
 am, quia & patria est, & summum ab
 ea imperij decus accepi, & imperator
 salutis orbis terrarum, quantum potest,
 D E O iuuante, consulere debet. Daa
 1532 ta igitur Moguntino & Palatino de pa-
 ce cum protestantibus agendi potestate,
 confectam tandem Ratisbonæ confira-
 mauit.

Inde Viennam, vt Turcas ingen-
 tibus copijs in Germaniam irruentes
 arceret, rectâ descendit: vbi Solyman-
 nus, virtute & felicitate Caroli territus,
 statim in Thraciam regressus est.

1535. Triennio post acerrimo ad Tuncam
 tam

tam prælio profligatis Turcis, Muleas-
sem ab Hariadeno pulsum restituit, &
Christianarum gentium Siciliae ac Ita-
liae littora, piratarum incursionibus,
assidue vexari solita, liberauit. Consti-
tutis rebus Africanis & purgato à pira-
tis mari, Panormum in Siciliam traiecit.
& per Neapolin, Romam, Senas, 1536.
Florentiam etc. facto itinere, expeditio-
nem aduersus Galliae regem (mortuo
Sfortia, Mediolano rursus inhiantem) 1538.
in prouinciam infeliciter suscepit. Sed
constitutis postea Niceae, Pauli III.
pontificis intercessione, decennij indu-
cijs, in Hispaniam reuersus est.

Anno 1540. incunte, per medias Gal-
lias profectus, ortos Gandauitumultus
sedauit, & in Germania amicas de cõ-
ponendis religionum controuersijs 1541.
collocutiones, Haganoae, VVormas-
ciae, & Ratisbonae instituit. Inde Me-
diolanum & Genuam profectus, ad
Algierae, quae Iulia Caesarea olim fue-
it, obsidionem, in Africam traiecit.
Vnde

1542. Vnde tempestatibus horrendis depul-
 sus, in Hispaniam rediit, fama de mor-
 te ipsius passim dispersa. Sed renouato
 per Galliae regem bello, & V Vilhelmi
 principis Cleuensis, qui Geldriam oc-
 cupauerat, ducibus in Brabantiam ex-
 1543 cursiones facientibus, reuiuiscens in
 Germaniam reuertit, & Iuliacensem
 armis domitum, supplicem, ac Geldria
 cedentem, in gratiam recepit. Sequens
 1544 ti anno Gallum, qui Turcicam classem
 Barbarossa duce in Galliam euocarat,
 hostem imperij Spirae a se declaratum,
 sumptibus & auxilijs Germanorum or-
 dinum adiutus, ac ferè Lutetiam vsq;
 progressus, ad pacem petendam denuò
 coegit.

Secutum est bellum Germanicum
 1546 & post victoriam nouae de religione le-
 1547 ges, quas cum seuerius exequi Caros-
 1548 lus coepisset, fortuna ipsius, vt Belleros-
 phontis Pegaso in coelum euolare co-
 nati & excussi mutata est, dum Mau-
 ricius elector Saxoniae, & principes foed-
 1552. derati eum pro concilio Tridentino ex-
 cubans

substantem, Oeniponte fugarunt, & pacem dare doctrinae ecclesiarum nostrarum, & principes captiuos dimittere, compulerunt. Quo ipso anno, in urbis Metensis obsidione, metam, prosperi successus bellorum Caroli habuerunt.

Quare triennio post, resignato electoribus Imperio, & omnium regnorum & prouinciarum Belgicarum gubernatione filio Philippo tradita, reliquum vitae spacium in assidua precatatione & lectione sacra & religiosis exercitijs & cultibus, Deo immediatè seruientibus consumere, & se ad piam & beatam ex hac vita migrationem præparare decreuit. Exeunte igitur anno 1556, cum Leonora, & Maria sororibus in Hispaniam nauigans, monasterium D. Iusti, in Baticæ, Castiliæ & Lusitaniæ finibus, octo à Placentia leucis distans, reliquæ vitæ sedem sibi delegit, quam anno Christi 1558, die 21, Septembris, placido & beato fine, de quo postea dicemus, conclusit.

1558.

Prius

Prius enim de ingenio, moribus,
 & priuatæ Caroli vitæ consuetudine
 plura, consideratione & memoria pru-
 dentum digna recitabimus. Naturæ
 vis in eo prorsus admiranda fuit, vt
Ingenium sapientissimos senes consilio & ingenij
et virtu- sagacitate vinceret.
tes Caroli.

Ingenium graue, cautum, circum-
 spectum, ideoq; cunctantius: & tamen,
 vbi tuendæ dignitatis decus aut neces-
 sitas postulabat, expeditum, acre &
 flagrans erat.

Consilia non ex alienis cogitatio-
 nibus, sed proprijs, senili maturitate
 exquisita & elaborata, præsentibus ne-
 gocijs & temporibus aptè accommo-
 dabat, & tegebat: ac sæpè mirati sunt
 sapientes, Carolum cum vno & altero,
 tam magnarum rerum consilia & ca-
 pere animo posse, & tantisper occulta-
 re, dum rerum gerendarum tempus
 adesset.

Animi excelsi atq; inuicti magna
 tudo & firmitas, cum amore iusticiæ,
 æquis

æquitatis & moderationis singulari
 coniuncta fuit, quam, fiducia præsen-
 tiæ Dei, quotidianis precibus ab eo
 culti, & conscientia bona, cum non ni-
 si necessariæ defensionis aut officij ratio-
 ne bella susciperet, sustentabant. In
 periculis impavidus & mortis contem-
 ptor fuit, adeò vt in castris sæpè, & in *Philip. 10*
 ipso iuuentutis flore, recitatis Pauli ver-
 bis ostenderet, se alterius vitæ & con-
 suetudinis cum Christo beatæ cupis-
 dum esse.

Eandem in rebus secundis & ad-
 uersis vultus constantiam & tranquillitatem
 retinuit, vt in eodem cubiculo
 quotidie cum ipso versantes, nunquam
 læta vel tristitia ad Carolum allata ex ei-
 us vultu deprehendere possent. Nun-
 quam enim regius ipsius animus nutan-
 te vel acriter etiam vrgente fortuna ab-
 iectè se demisit: vel prospero & secun-
 dissimo flatu aspirante, insolentiùs se
 efferre aut iactare solitus est.

Cùm de imperio Mediolanensi,
 desertus

desertus à socijs , & ab omnibus oppugnatus , certaret, nunquam vllis aduersariorum conditionibus aut minis adduci potuit , cùm in dubia adhuc spe victoria versaretur , vt ditione illa se Francisco Sfortiæ cessurum polliceretur , ne quid animi sui magnitudine & augusta maiestate indignum , metu aut necessitate impulsus fecisse videretur . Postea verò , omnibus aduersarijs gloriose superatis , & ingentibus partis victorijs , vndiq; victor & triumphator , Sfortiam supplicem in gratiam recipit , eiq; Mediolanensem Ducatum , quem totum , multis regnis opulentiozem , in sua potestate Carolus habebat , attribuit : nec pecuniæ tributum ampliùs , quàm ante postremum bellũ petierat , imponit : demonstrans se verè victorem quòd se ipsum alijs parcendo vinceret , & animum omni sua fortuna maiorem , & excelliorem gereret : verè liberalem , & munificum , quòd regnum dare , quàm accipere , pulchriùs iudicaret : verè Imperatorem magnum & iusticia præstan-

præstantem esse, quòd omnibus profes-
 rendi imperij cupiditatibus imperaret,
 nec ab alienis solùm, sed sibi etiam de-
 bitis ditionibus, pacis & salutis publi-
 cæ causa abstineret. Itaque de Fran-
 cisco Galliaë rege, perpetuò virtutis &
 amplitudinis suæ æmulo, dicere solitus
 est, se, etiamsi Galliam omnem expu-
 gnasset, tamen ei reddere velle, modò
 id exiguum, quod suum esse contende-
 ret, sibi relinqueret.

In aggrediendis rebus, & bellis
 præcipuè suscipiendis, vbi celeritatem
 necessaria defensio non flagitabat, ad-
 modùm circumspectus, prouidens,
 cautus & cunctator; sed semel inchoa-
 tis & susceptis planè *δρασίγη*, iudustri-
 us, laboriosus & efficax erat, vt in
 Germanico aduersus principes & sta-
 tus protestantes bello, ad quod ab ini-
 tio imperij, pontificum & aßeclarum
 furijs assiduè incitabatur, ostendit;
 quod, viginti quinque annos dilatum;
 tandem non religionem, sed regionum
 & redituum alienorum occupationes

E

præ

prætexens, acriter et strenuè profecutus est.

Natura grauis, & seuerus, mixta tamen comitate & serenitate quadam vultus, sed à risu alieniore fuit, sicut Carolum magnum etiam rarò risisse legimus, nec quidquam ab eius ore, nisi graue, & insigni sobrietate definitū, & sapientiæ sale conditum, excidebat.

Acutè igitur & breuiter ac falsè dictis, admodum elegans & concinnus, & tamen grauis & serius erat.

Anno 1540. ineunte, per Galias proficiscens, Parisiis, proluxa oratione, exquisitas omnium virtutum summi Imperatoris laudes ei tribuente, ac planè in cœlum efferente, exceptus est. Huic oratori breuissimè respondit, gratam sibi esse regis affinis erga se beneuolentiam, sed laudes illas existimare se eò pertinere, vi commonefiat, Qualis esse debeat.

Anto:

PHTHEGMATA. 67

Antonio Leuæ & alijs ducibus, Iulij Cæsaris & Alexandri exempla laudantibus, nec vti Carolum suis victorijs, ad potentiaë & magnitudinis suæ amplificationem, quantum & posset & deberet, querentibus; respondit: Alexandro & Iulio in bellis gerendis vnum fuisse finem, Honorem & gloriam, Christianis autem regibus, duos esse propositos, Honorem & Animæ salutem.

Legatum Venetum quidam detulerat, quòd tarditatem & lentitudinem ipsius culparet. Carolus verò nihil offensus, nunquam Mundum à bellis quieturum & respiraturum esse dixit, si ea celeritate, quam res & causæ plerunq; postulant, bella statim moueret.

Cùm à pontificibus Romanis, concilia, varijs in locis Mantuæ, Vicentiaë, Tridenti, indici, nec tamen quidquam agi aduerteret, Concilium ait, consilium est DEI.

E 2

De co

De comitijs Germanicis, in quibus religionis & Turcici belli negocium sæpè frustra tractauerat; Diæta diætam parit, inquit; & partus suffocat matrem.

Cùm ad vicinos Ingolstadio montes, Germanorum principum & ciuitatarum fœderatarum castra, longissimo spacio extenta videret: Sunt ne isti omnes Germani? quærit; &, bene est inquit, citò eis deerit consilium, & pecunia & concordia.

Cùm de principe quodam bellum moturo audiret: ignorat adhuc, ait, quid ad bellum requiratur.

Ipsè in comparando exercitum, se CAPut sumere ab Italis, brachia & manus ab Hispanis; pectus à Germanis (quorum fidem & robur maxime probabat) ventrem & pedes ex relijs qua gentium colluuiè dicebat.

Nervos belli esse pecuniam, comæ meatus, milites, verùm si ex ijs aliquo carendum esset, militem veteranum se electurum esse, cuius industria & fortitudo

titudine, reliqua duo se ex hoste comparaturum confideret.

Rex Galliaë Franciscus, cum 1544. propinquis castris pugnam semper delectaret; dixit Carolus, optare se Gallo vel plus audaciae & felicitatis, vel minus verborum & odiorum inesse.

Trañciens aliquando Rhenum, quærit ex principe, qui aulam ipsius tum sequebatur, cur maiores nostri arces & præsidia in excelsis montibus extruxissent; cum responderet princeps, munitiores illis arces in editis locis visas fuisse: censuit Cæsar, rectius eas in planicie collocari, propter aquationis, & inuehendi commeatus, & tormentorum & aggerum commoditatem. Sed nunc, inquit, sub terra quidam munitiones ædificant, vt inferno sint propiores.

Multa etiam εἰς ὠνικώτερον & aculeas tiora ipsius, dicta fuerunt. vt cum Gallico legato, post mortem Francisci Sfortiaë, ducatum Mediolanensem regis sui nomine poscenti, respondit, si

bi idem placere, quod fratri suo regi Galliaë placere videret. Quibus verbis legatus, vt quæ optamus libenter credimus, Carolum assentiri putat, idquæ ad regem suum statim perscribit, at Carolus, ducatum Mediolanensem sibi non minus quàm Gallo placere, ideoque à se non minori studio retinendum, quàm à Gallo expecteretur, sentiebat.

In Anglia cum nobilissimum iuuenem, sententia Card: Eboracensis, qui iudicijs præerat, damnatum interfici audiret. Indignum est, inquit, à cane lanij tam pulchram dammam deuorari, nam Cardinalis ille lanij filius erat.

1541 In comitijs Ratisbonensibus, cum multi principes Germani pro duce Iuliacensi Geldriam retinente, apud eum intercederent: dixit se tot annis conuentus de summis Reipublicæ negocijs in Germania egisse, neque vnquam tot principes ad vllam publicam delibe-

deliberationem cogere potuisse, nunc causam nacti aduersus me; ecce, inquit, quanto numero conuenistis.

Hispanis quibusdam aulicis alia quando petentibus, vt Germanos satellites & alios ex aula dimitteret; idque sine modo vrgentibus; conuocari Germanos iubet. His vultu ad seueritatem composito, indicat Hispanorum petitionem, & venite, inquit, ego etiam sum Germanus; abeamus ex aula, ne illis deinceps molesti simus; & abire se ostendit. Germani satellites, & alij alacres sequuntur. Sed Hispanis ad pedes Caroli abiectis, ac vt maneret, & veniam stultitiæ suæ daret, suppliciter petentibus, restitit, ac ignouit.

Cum de Imperio deponendo deliberrantem consiliarij hortarētur, vt per alios negocia regni administraret, ipse nomen et autoritatē retineret. Ah, dixit, me

E 4 presente

præsente ita res administratis, vt omnes de vobis conquerantur: quid fieret si consilijs & rebus gerendis ipse non interesset,

Admonitus aliquando in castris, vt leges Germanis militibus de vitanda ebrietate ferret: respondit id perinde fore, ac si Hispanis interdiceret, ne furarentur.

In castris ad VVittebergam cum de Hispanorum crudelitate & libidinibus enormia quaedam ipsi significata essent: Profectò, inquit, si quod aliquando mihi accidet ingens infortunium, propter istorum nebulonum scelera accidet.

In postremo ex Germania discessu, Vlissingæ ventos nauigationi idoneos expectans, & in multam noctem cum D. Seldio fratris Ferdinandi legato locutus: cum ex familia in atrio partim dilapsa partim dormiente, dato nolâ signo, nullus appareret, Carolus ipse lychnū Seldio quātūmuis recusanti præfert, eiq; per gradus deducto, Hoc tibi
mo

monimentum, ait, Cæsaris illius Caro-
 oli habeto, Seldi, tot exercitibus et excu-
 bijs quondam stipati, quem nunc so-
 lum, & à familia etiam desertum vides;
 & cui tu tot annos seruijsti; Is nunc tibi
 etiam seruijt & tibi lumen prætulit.
 Dixit etiam in postremis illis congressi-
 bus Seldio, se in hac mutatione suæ
 fortunæ agnoscere potentiam Dei, cui
 nequaquam velit repugnare.

Delectatus est toto vitæ tempore
 imaginibus virtutum Regiarum à Sole
 & Luna & motibus siderum sumptis.
 Vt SOL in summo fastigio tardis-
 simè mouetur, nec alius inopi quàm lo-
 cupletè splendet: sic Austriacos princis-
 pes, in summum Imperij fastigium eue-
 ctos, non præcipitare consilia, sed cir-
 cumspectè & cunctanter agere, & lu-
 cem iusticiæ ac clementiæ suæ, summis
 ac infimis pariter præbere decet. Vt So-
 lis deliquia futuras mutationes & cala-
 mitates pnblicas portendunt: sic regum
 errores etiam parui, magnam in rebus
 humanis perturbationem pariunt. Vt

E 5

Luna

Luna, quia terris propior est, efficacius in hoc elementari orbe vim suam exercet: ita regum praesentia & vicinitas plurimum in motibus bellicis, ac togata Reipublicae administratione, momenti habet.

Vt fulmen, cera & lana illaesa, aes & ferrum liquefacit: sic regum magnarum potentia, supplicibus parcens, caedit sternitque rebelles. Vt Lunae lumen singulis mensibus accrescit et decrescit; nec semper ver aut aestas est: sic perpetua vicissitudine rerum humanarum consilia & actiones variantur, & certam praesens vix habet hora fidem.

Has similitudines, a rebus coelestibus petitas, cum alioquin praecipuam ex astrorum et motus siderum contemplatione voluptatem caperet, creberrime usurpabat.

Vt enim Iulius Caesar apud Lucanum gloriatur, se media inter praelia, semper stellarum, caelique plagis, superisque vacare: ita noster Caesar, in ipsis castris, & medio belli ardore, siderum doctrinam

APOPHTHEGMATA 25

etrinam colebat, et reuolutionum coelestium leges ac periodos considerabat.

Retulit amicis Petrus Apianus, se in bello Germanico, Ingolstadio ad Carolum in castra vrbi tum vicina, euocatum fuisse, vt in machina, certis rotulis orbem circumducentibus, repraesentante Planetarum motus proprios, aspicienti certius & accuratius singula monstraret. Cum verò, illo ipso die, qui Cal. VIIbris proximè antecessit, globi ex 1546a hostium castris emissi circumuolare magno agmine coepissent, trepidante se & caput subinde inclinante, Carolum prorsus nulla timoris significatione edita, pedem loco nusquam mouisse.

Familiaris etiam Carolo, eiusdem belli tempore, Turrianus Cremonensis 1547. mathematicus fuit, qui euentum belli Saxonici, antequàm Ulma Cæsar moueret, prædixisse memoratur.

Nec verò mathemata tantùm, sed omnia doctrinarum et artium honestarum studia Carolus amabat & munificentissimè fouebat. Historias autem, non

non Germanici tantum Imperij & Hispanici, sed etiam veterum monarchiarum ac regnorum, & imprimis sapientissimum scriptorem THVCYDIDEM, quem in Gallicam linguam luculentè à Claudio Massyliensi episcopo conuersum habuit, magna cum voluptate assidue legit. Idem iussit facere consiliarios, & postea ex ijs quaesuit, quid legissent, & sua cum illis contulit.

Adiunxit autem DEVS, Carolo, praestantissimos sapientia & virtute in Senatu togato & bellico viros, quorum consilijs, ductu, felicitate ac successibus res tantas in dissitis, orbis terrarum partibus administrauit. Aulico Senatui post Syluagij, cuius iussu querelam pacis Erasmus scripsit, & cui de institutione principis libellum verè aureum Carolo dicatum inscripsit, obitum; Mercurinus Gattinaria, & post hunc Nicolaus Granuelus praefuerunt. Belli duces virtute & victorijs praestantes in Italia Antonius Leua, & Geors

Georgius Fronsbergius, res maximas gesserunt. In nouo orbe amplissimum Nouæ Hispaniæ imperium Ferdinandi Cortesij industria & felicitate paratum est. In Gallicis bellis Philiberti Auranæ principis, maximiliani Iselsteinij, & Lamoralis Egmondani fortitudo præcipuè enituit.

In togata verò administratione & aulico Caroli comitatu, ex singulis ipsius regnis, & prouincijs inferioribus, quatuor eximie virtutis & autoritatis delectos, duos familia equestri & totidem doctrina insigni nobiles, plerumque hæsisse intelligo. Quibus negocia, ex singulis prouincijs in aulam delata, primum deliberanda exhibuit, deinde, si rerum grauitas exigeret, totius aulici Senatus de his consultatio instituta est, cui ipse crebrò præsens interfuit, & singulorum sententias attentè audiuit, & quæ in vtramque partem consideranda essent disputauit. rarò autem præsentibus consiliariis conclusit, sed notu plerunque voluntatè suam scripto

com

78 *INTERIOR VITA*

comprehensam, Granuellano & A
trebatensi exequendam deinceps tra
didit.

Interior etiam & domestica Caroli
vita honestissimorum exemplorum, pi
etatis, temperantiæ, frugalitatis, con
tinentiæ plena fuit. Nunquam iurare
auditus est, nisi cum regnis inaugura
retur, aut foedera inita confirmaret.

Manè priusquam vestiretur, longa
talari, subuculæ iniecta, genibus incū
bens, orabat. deinde cubicularijs ad
missis, preces Canonicas legebat. Postea
Reipublicæ negocia tractabat. Hinc ad
sacrum audiendum, quod nullo die ne
gligere etiam in profectiōibus solebat,
accessit. A sacro rectā ad mensam, in
qua semper ferè solus & tacitus sedens,
conuiuia sua sine conuiuia, moderata &
frugalia, in publico ferè, vt omnibus
spectare ea liceret, peregit. Sublata
mensa, cunctis omnium ordinum infi
mæ etiam fortunæ hominibus adire
eum, & alloqui, & supplices libellos
exhibere licebat.

Ab

Ab ebrietate, & omni conuiuio-
rum, & vestitus luxu, & voluptati-
bus cæteris, non minus in adolescentia,
quam virili & senili ætate, alienissi-
mus semper fuit. Cum Mediolanum
anno 1541. aduentaret, foeminis no-
bilibus & plebe curiosa, pictam ex au-
ro trabeam & fulgentem gemmis in ca-
pite Cæsaris coronam expectantibus,
ipse atra in lanea veste viliq; pileolo,
vultu etiam graui; parumq; hilari, vra-
bem illam, quæ tot annos ipsius arma
& victorias experta & admirata fuerat
ingressus est. A tyrannico fastu &
contemptione ac despicientia inferiorum
adeò alienus fuit, vt captiuo et-
iam principi Ioanni Friderico, quoties
eum præteriuit, reuerentiam & hono-
rem relecto capite exhiberet.

Adulteria & Libidinum turpitu-
dines toto pectore execratus est, cum-
que in bello Germanico, Farnesiu pon-
tificiarum copiaru ducem ingenuas alia ¹⁵⁴⁶
quot matresfamilias per vim stuprasse
intellexisset, ingenti Zelo exardescens,
pre-

prehenso gladii capulo, Si, inquit, ad
 esset impurus ille, manu mea eum con-
 foderem. Nec vocem iracundio-
 rem vnquam ex Carolo auditam ferunt,
 qui statim Farnesium, ex castris, quæ
 tum bello nondum confecto ad Bren-
 tam fl. hærebant, discedere & in Italia
 am redire iussit.

1540. Carolo per Galliam iter facienti, &
 vbiq; regis iussu splendide excepto, in
 arce quadam, formosissima puella no-
 bilis in cubiculum adducta erat. Quam
 gementem ac tementem vesperi inue-
 niens interrogat, quæ sit, & qua occa-
 sione illuc peruenerit. cum verò ipsam
 inuitam à parentibus inuitis & ploran-
 tibus, abstractam esse cognosceret: in-
 tactam parentibus remisit, ac quadri-
 1544. ennio post in bello arcem illam destru-
 xit.

Ipsè etiam casti pudoris decus, ac
 fidem coniugalem constante matrimo-
 nio cum Elisabetha Lusitanica: ex qua
 Philippum & Ferdinandum; & filias,
 Mariam Cæsari Maximiliano, & Io-
 annam,

TINENTIA CAROLI. 82

annam, Joanni, Portugalliae regis Ioannis III. filio, ante patrem extincto (cuius posthumus Sebastianus à rege Fesano in Africa recens caesus est) nuptas, suscepit, religiosè seruauit.

Familiam suam omnem praecipuè charam habuit, & paterna fide & benignitate complexus est, improbis ac morum turpitudine foedis ex conuubernio illius exclusis.

In largiendis elemosynis, ad redimendos ab hostibus captiuos, ad nosodochia, gerontotrophia, inopum puellarum matrimonia, ad exules bonis suis iniuste spoliatos benignè subleuandos, omnium regum ac principum liberalissimus sine vlla ostentatione erat. denique tanta in eo pietatis, sapientiae, benignitatis, & omnium optimi maximi principis virtutum praestantia fuit, vt miraculum naturae sui temporis, à sapientibus & bonis quibusdam viris, familiaritate ipsius interiore fruentibus, perhiberetur.

Vitae igitur integrè, grauiter, probè et

F

prae

præclare actæ, exitus etiam pius & placidus respondit. Habuit in ea solitudine Hieronymianorū fratrum, Carolus postremo vitæ suæ biennio familiarem, qui à confessionibus ipsi fuerat, Doctorem Constantinum, virtum grauem, piū et præclare eruditum. Is inter quotidiana & assidua precum & laudum diuinarū à Carolo suscepta exercicia, ad scriptorū Bernhardi lectionem, citatis in cōsolatione sententijs quibusdam insignibus eum inuitarat. Cū enim subinde Carolus peccata sua lamentans, nullum toto vitæ suæ tempore diem se Dei seruitio, dignè, & vt par erat, impēdisse quereretur: Bernhardi verba (in grauissimo corporis morbo & animi tentatione, velut ante tribunal Domini, Sathanae ipsius indignitatem & delicta accusanti, hanc apologiam opponentis) ei recitauit. Fateor non sum dignus Ego, nec proprijs possum meritis regnum obtinere cœlorum. Cæterū duplici iure illud obtinens Dominus meus, hereditate scilicet patris, et merito passionis: altero ipse

ro ipse contentus, alterum mihi donat, ex cuius dono iure mihi illud vendicās, non confundor. Item, Ante omnia fides quærenda est, de qua legitur, fide mundans corda eorum, crede ergo te Deo, nam sibi quidem ipsi, & suis meritis fidei, non fidei sed perfidiæ est. Et concione tertia de Annūc, Auditam fac mihi manè misericordiam tuam, quia in te speravi, neq; enim oleum misericordiae, nisi in vase fiducia ponis. Hæc verò hominis fiducia est, à se deficientis, et innitentis Domino suo. In primis verò auream illam in Annūciatione beatæ Mariæ concionem ipsi commēdavit, in qua consilium de redemptione, mirando iustitiæ & misericordiae diuinæ temperamento, in arcano diuinitatis consilio decretum exponit, ac inter cætera his verbis doctrinam de iustificatione disertè explicantibus vtitur. Necessè est primò omnium credere, quòd remissionē peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei. Deinde quod nihil prorsus habere queas boni operis, nisi et

hoc dederit ipse. Postremò quòd æteram
nam vitam nullis potes operibus pro-
mereri, nisi gratis detur & illa. Quis
enim potest facere mundum de immū-
do conceptum semine, nisi qui solus est
mundus &c. Ideoq; si credis peccata
tua non posse deleri, nisi ab eo, cui so-
li peccasti, & in quem peccatum non
cadit, benè facis: sed adde adhuc, vt
& hoc credas, quia per ipsum tibi pec-
cata donantur. Hoc est testimonium,
quod perhibet in corde nostro Spiritus
sanctus dicens: dimissa sunt tibi pecca-
ta tua. Sic enim arbitratur Apostolus,
Gratis iustificari hominem per fidem.

His Bernardi dictis se mirificè de-
lectari & recreari Carolus ostendit. Ita-
que cum ad lentam tabem, acuta febris
tandem accessisset: vt ab omni merito-
rum & operum priorum fiducia, se
auocare mentem, & in vnicum redem-
ptorem, & seruatorem nostrum Iesum
Christum dirigere ostenderet: imagi-
nem Christi crucifixi aliquot dies ocu-
lis, vlnis & ore complexus, in eo vno
& solo

& solo se omnem salutis suæ fiduciam collocare declarauit. & sumpta denuò Eucharistia, In me manes, inquit, dulcissime seruatot, ego in te maneam. Inter has voces, & veræ pietatis & fidei in Christo acquiescentis significationes illustres, Optimus & sempiterna memoria dignus Imperator ex hac vita discessit anno 1558. die 21. Septemb. Æterno & præpotenti Deo, cuius dona eximia sunt boni & sapientes principes, qui imaginem & vices Dei in regendis Imperiis gerunt, toto pectore gratias agamus quod ex nobilissima archiducum Austria familia, longo ordine, bonos, iustos, & moderatos imperatores Germaniæ largitus est. Inter quos, cum non potentia solum & amplitudine regnorum, sed sapientia & virtute etiam & felicitate Heroica Carolus excelluerit: testimonium bonitatis & præsentia DEI in hoc imperio, & tota Caroli gubernatione, gratias agnoscamus & celebremus. Nostræ etiam ecclesiæ, beneficia DEI, per Carolum

rolum sibi tributa, gratæ considerent & prædicent. Cum enim emendatio Religionis, & lux Euangelij accensa sub Carolo, & propagata sit: mirabiliter DEVS hanc mutationem, omnibus quæ vnquam sunt factæ à monarchis, regnorum conuersionibus insigniorem ita gubernauit, vt sub Carolo Imp. tanta autoritate & potentia prædito bellum contra nostras ecclesias non mouente, Germania plurimos annos tranquilla manserit, ne teneræ ecclesiæ in ipso lacte necarentur, sed Halcyonia, in quibus adolescerent & confirmarentur, aliqua haberent; & conderentur scholæ, in quibus lux doctrinæ accensa foueretur & latius spargeretur. Nec dubitemus Deum flexisse mentem Caroli, vt armis persequi nostras ecclesias, nisi causa prius legittimè cognita, recusarit. Ideò Lutherum ipse audiuit, & seruata fide ipsi data, incolumem abire, etiam aduersantibus pontificijs permisit, à Pontifice Synodum, in qua religionis controuersia piè cognoscerentur, perpetuò flagitauit:

tauit: deq; ea apud pontifices tergiuer-
santes per legatos & coram in Bononia
ensi congressu serio institit. Confessio-
nem nostrarum Ecclesiarum Augustæ
clementer audiuit: eamq; in diuersas
linguas verti, & ad aliarum linguarum
principes mitti curauit. Pacem nostræ
Religionis dedit: conuentus & collo-
quia de componendis dissidijs ac certam-
minibus religionis aliquoties haberi ius-
sit, & ἀταξίας in aliquibus nostris & pō-
tificijs ecclesijs hærentes, tolli voluit.
Ratisbonæ conciliatum de iustificatio-
ne articulum legens toto pectore læta-
tus est, & Palatino Friderico se idē sen-
tire ac probare dixit, quod etiam mori-
ens declarauit. Hæc beneficia non cogi-
tantes & magnificentes, profectò in-
grati Deo & Carolo sumus. Etsi enim
edicta interdum asperiora proposuit, &
tandem bellum, non religionis, vt aie-
bat, sed regionum alienarum ab aliquis
bus occupatarum nomine mouit: tamen
& in bello gerendo & parua victoria,
exceptis communibus bellorum in-

commodis, à crudelitate & supplicijs abstinuit. Ipsi etiam VVittebergæ, in suam potestatem redactæ, clementer pepercit, & multò maiores confusiones ac ærumnæ tristiores principum victoriam secutæ fuissent, qui (vt vsitatum est confœderatos parata aduersus communem hostem victoria inter se belligerari) mutuis lanienis vastata Germania se mutuò confecissent.

Quod verò tentata post bellum conciliatio ecclesiarum infelix fuit: cogitemus voluisse Deum in hoc quoque tam potente principe mundo ostendere, ecclesiam non regi humanis consilijs, & tamen hic ipse princeps rursus pacem & ἀυτονομίαν nostris ecclesijs postea concessit. & antea in victoria publicas calamitates sua bonitate leniit, & singulari consilio familias principum in eo statu, in quo fuerant ante victoriam, reliquit. Restituit Gallum, reddidit Iuliacensi auitas possessiones. Electorum Saxonix dignitatem & ditio-
nes

nes, in familia Saxonica reliquit, vt verissimè à Mercurino dictum esse appareat, quod initio recitauit: Benè fecisse principes Germaniæ, quod Carolum Imp. elegerint, quia sit SAPIENS ET BONVS.

Multi Cæsares olim, numismatis suis, epigraphen: Suorum Temporum FELICITAS addi curarunt. Id elogium multò verius Carolo tribuemus, cum quo nascente omnes bonæ artes etiam & literæ ac linguæ eruditæ renasci in Germania, & florere in tota Europa cœperunt. Quarum ope, Doctrina cœlestis illustrata, & veræ ac sinceræ Theologiæ, mathematicum, artis medicæ, & totius Philosophiæ studia restituta sunt. Floruit enim Caroli ætas viris Heroicis, in ecclesiâ, scholis, Republica, in toga, bellis, nauigationibus inueniendo nouas terras, constituendis nouis imperiis, deniq; in omnibus non solum quæ liberales vulgò vocantur artibus, sed mechanicis etiam, præstantis, ac excellentes Artifices &

nulli veterum cedentes habuit: vt omnia sua dona DEVS ad summum perducta, tribuisse Caroli temporibus felicissimis, hoc nomine videatur Quod prouidentia ac praesentia DEI in gubernatione Caroli testimonium caeteris addamus, & ardentibus votis precemur DEVM autorem & custodem imperiorum & ordinis politici, vt deinceps quoque bonos, felices & salutes res generi humano principes, Imperio & patriae nostrae tribuat, & sapientia ac bonitate sua diuina, ad ecclesiae & rei publicae Christianae salutem gubernet, & incolumes ac florentes seruet.

Virtutum etiam exempla illustria non solum ad cognoscendum, sed etiam ad imitandum, ex hac Caroli historia sumamus. Etsi enim Imperatorum propriae virtutes affectari & exprimi a priuatis nec possunt, nec debent: tamen aspectio excellentium virtutum in illustribus exemplis, amorem & admirationem virtutis in animis accendit: & studium pietatis, assiduitatem & intentionem

tentionem in precibus quotidie recitan-
 dis, amorem iusticiæ, modestiam non
 efferentem se in rebus secundis, sobrie-
 tatem, continentiam & similes virtu-
 tes, omnibus necessarias, singuli iuuan-
 te DEO imitari possunt & debent.
 Ideò autem DEVS Heroicos reges ac
 principes excellenti virtute & multis
 gentibus salutari instruit & ornat, vt
 aliij in eorum exempla intuentes, DE-
 VM autorem & archetypum virtutis
 agnoscant, & exemplis ad imitationem
 excitentur, & DEI sapientiam, boni-
 tatem, præsentiam in donis præstanti-
 um Heroum, quæ sunt sapientiæ &
 virtutis diuinæ radij, intuentes, DE-
 VM laudent, debitaq; gloria
 & celebratione extollant.

DIXI

DE
FERDINANDO
CÆSARE, ARCHIDV-
 ce Austriae & Stiriae prin-
 cipe &c.

ORATIO

à nobili adolescente

SIGISMUNDO A SA-

rau, quatrduo post introducti-
onem Scholæ provincialium

Græciæ in Stiria recitata,

1574. die 31.

Maij.



Vm Ferdinandi Cæsa-
 ris paterna cohortatione,
 Nobilitatem harum regio-
 num, olim maiori ex parte
 negligentius in literis versantem, ad
 amorem & studia doctrinarum & lin-
 guarum ardentius colenda primùm ex-
 citatam & accensam esse, acceperimus,
 vt in

vt instructa literis & artibus Reipublicæ necessarijs, ad dignitates & officia gubernationis præcipua, in quibus doctrina, consilio, oratione & scriptis, rerum maximarum deliberationes regendæ sunt, præ exteris adhiberi commodè posset: & hac sapientissimi & optimi principis & patris sui admonitione inflammatis primùm maioribus nostris, iam Generosi proceres, non solum Reipublicæ & dignitatis priuatæ, sed etiam veræ de Deo & redemptore nostro Iesu Christo doctrinæ conservandæ & puræ ac illibatæ ad posteros propagandæ causa, SCHOLAM florentiorem, ceu fontem veræ DEI notitiæ, & seminarium Ecclesiæ DEI, ac Reipublicæ plantarium, & Spiritus sancti officinam, in qua ad vsus Ecclesiæ & communis vitæ necessarios tenera, ætas præparetur; in patria condere & munificè fœdere ac ornare omnibus officijs studeant; existimaui me in Stiria natum, & hoc tempore orationem in Schola prouincialium recitare

tare iussum : officiosè & piè facturum esse, si de optimo & sapientissimo principe Stiriaë, & literarum ac studiorum nostrorum Meccenate benignissimo, Ferdinando Cæsare, omniũ bonorum laude ac celebratione dignissimo, potius quàm de alio argumento dicere instituerem.

Existimo enim, ad pietatem & gratitudinem DEO, & principibus patriæ, DEI imaginem & vices in terris gerentibus, debitam, pertinere: vt propter Deum autorem & custodem Imperiorum & ordinis politici, spargentem diuinæ sapientiæ & virtutis suæ radios in naturas Heroicas, vt bonitatem & præsentiam ipsius inter homines grati agnoscamus; vera cordis reuerentia bonos & salutare reges ac principes, virtutibus Heroicis ornatos, veneremur, & grata mente ac voce & quibuscunq; possimus officijs celebremus.

Etsi autem in hac ætatis & iudicij mei imbecillitate, fateor me ad tanti principis memoriam & virtutes prædicandas

FERD. CAESARE. 95

candas longè imparem esse; tamen, vt
supremus princeps & Dominus DE
VS noster, infantium quoq; & lactens
tium voce laudes suas perfici, non de
dignatur: ita vos spero meam vocem
quantumuis puerilem & balbutientem,
qua Ferdinandi Imp. regias virtutes in
hoc ornatissimo Generosiss. procerum
& nobilium ac doctissimorum homi
num, & studiosorum adolescentum co
rona commemorare iussus sum, benig
nè attenteq; audituros esse. Quod vt
faciatis, reuerenter oro.

Natus est Ferdinandus Imperator,
in clarissima totius orbis Christiani &
splendidissima Archiducum Austriae
& principum Stiriae familia, cui tantum
virtutis, industriae, fidei, prudentiae,
magnitudinis animi, moderationis, &
diligentiae in omni genere, orbis Chris
tianus, iam continuos ferè trecentos
annos tribuit, vt non dubitarint tot gen
tes, suam libertatem, fortunas, vitam
& totius imperij tranquillitatem & sa
lutem,

lutem, Archiducū Austriae patrociniō
& tutelæ committere.

Quid autem honorificentius &
illustrius cogitari potest, tot gentium
totius orbis Christiani iudicio & con-
sensu vnanimi, quæ hanc vnā famili-
am præcipuè Romani imperij molem,
virtute & industria sustinere posse iu-
dicarunt. Et quanquam olim etiam,
nulla vnquam regio plures quam Pan-
nonia Imperatores genuit, non Aure-
lianum solummodo & Probum Sirmis-
enses, & Decium ac alios qui Constans-
tinum antecesserunt: verum etiam pios
& Ecclesiæ nutricios principes, Iouinia-
num in Segedino, Valentinianum ex
oppido Bibalis in ripa Sauis nobis vicini,
& Gratianum in Sirmio natum: tas-
men proximis seculis, vnica hæc Pan-
noniæ superioris seu Austriae Archiduc-
cum familia, Nouem Cæsares Augus-
tos orbi Christiano continua penè serie
dedit: de quorum virtute & rebus ge-
stis, si vel summa sequens fastigia re-
rum, dicere velim, quàm proluxa ora-
tio futura esset? In

In hac Imperatoria familia Ferdinandus procreatus est patre PHILIPPO Archiduce Austriae, duce Burgundiae ac rege Hispaniae, filio Maximiliani I. Imp. & Mariae Caroli Burgundi filiae ac haeredis amplissimarum regionum, quas vno Belgici nomine vilitate complectimur.

Et si autem insigni clementia, bonitate, beneficentia, moderatione, affabilitate, mansuetudine & vicinis virtutibus, quae principibus Austrijs ceu gentilitiae dotes sunt, ita enituit, & eluxit pater Philippus, ut amor ac deliciae generis humani dictus, omnium vicinorum regum & aliorum hominum benevolentiam & studia mirifica sibi conciliaret: ideoque splendidissimo & ab omnibus lectu dignissimo Panegyrico, immortalis posteritatis memoriae ab Erasmo consecratus est: tamen ut ignis, quò clarior fuit, eò citius extinguitur: & ingenia, quae illustra, breuiora sunt: ita de Philippo etiam Virgilianum illud rectè vsurpari potuit:

G

Osten

Ostendent tantum terri hunc fata, nec
 ultra Esse sinent. Nam vicesimo octauo
 atatis anno, qui fuit à nato Christo
 1506. ante Maximiliani patris mor-
 tem tredecimus, in Hispanijs, socii in
 regno Castiliæ succedens, ex vita deces-
 sit: relictis Carolo & Ferdinando, Le-
 onora, Elisabetha, Maria, & Catha-
 rina infantibus,

Coniunx Philippi fuit IOAN-
 NA, filia Ferdinandi Hispaniarum re-
 gis, qui Saracenis, ex uniuersa Hispania,
 in qua continuos 770. annos sedes ha-
 buerant, pulsus, Catholici cognomen
 adeptus est & moriens amplissimorum
 totius Hispaniæ & Neapolis ac Siciliae
 regnorum hæreditatem nepoti reliquit,
 Ad hunc, anno Christi 1502.
 ex Belgico, vt Hispaniæ regnis cum
 marito inauguraretur profecta Ioanna,
 sequentis anni ineuntis mense Martio,
 die decima, Ferdinandum principem
 nostrum Compluti enixa est, quem
 Franciscus Ximenes, archiepiscopus
 Toles

FERD. CAESARE, 99

Toletanus excellentis ingenij & industriae Cardinalis, qui in vrbe Compluto Academiam tum erigebat, & Bibliorum editionem Complutensem adornabat; die Iustrico, Naiarensi & Ascalonio principibus compatribus, magna solennitate baptizauit, & vestigalium immunitatem, ob tantum principem apud eos natum, Complutensibus, à regina matre, impetrauit. Qui, in hodiernum vsq; diem, cunas & crepundia Ferdinandi, ad impetrati beneficii monumentum seruant.

Nomen ipsi inditum, aui materni, apud quem tredecim annos in Hispania educatus est.

Ingenium pueri ac indolem verè Regiam, probitati virtutiq; natum, docilitate incredibili, ad hæc amabili quadam morum grauitate, & animi celsitudine, cum singulari humanitate coniuncta Erasmus etiam celebrauit, cum narrat Ferdinando

G 2 de Im

de institutione principis libellum ipsius
semper in manibus habuisse, & sua uer-
ba Erasmo de illius editione gratias
egisse.

Præceptorem dum in Hispania edu-
cetur, auus ipsi præfecit Aluarum Os-
forium, morum & aulae magistrum.
Petrum Nonnium Gutzmannum Ca-
latrauae seu Oretanae militiae præfectum,
à quibus non in tyrocinijs militaribus
solum, sed literis etiam & doctrinis di-
ligenter institutus est, quarum cognitio
postea in gubernatione ei magno usus
& adiumento fuit; Aurea certe illa Ci-
ceronis de officijs præcepta adeò fideliter
Ferdinando in prima ætate tradita
sunt, ut toto postea vitæ tempore fami-
liarissimè ipsi nota fuerint, & totas sæ-
pè sententias, in grauissimarum rerum
deliberationibus, recitare memoriter
solitus sit.

In primis autem ad pietatis & reli-
gionis Christianae amorem & studium
assuefactus est. Ut enim Persicorum
regum filijs, pædagogos præstantissi-
mos

mos præfici solitos legimus, qui eos
 Magiam à Zoroastre acceptam, vides
 licet doctrinã de Deo & cultibus diuinis,
 de Iustitia & omni Regis officio
 docerent: ita regibus Hispaniæ, hanc
 D. Augustini de regum felicitate sensentiam,
 inter cætera institutionis regiae catholica
 theoremata, instillari audio.
R E G E S felices sunt, si iustè imperant:
 si inter linguas sublimiter honorantium &
 obsequia nimis humiliter salutantium,
 non extolluntur, sed se homines esse meminerunt:
 si suam potestatem ad **D E I** cultum maxime dilatandum,
 maiestatis eius famulam faciunt: si Deum
 timent, diligunt, colunt: si plus amant illud
 Regnum, ubi non timent habere consortes:
 si tardius vindicant, facile ignoscunt: si eandem
 vindictam, pro necessitate regendæ tuendæq;
 Reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum
 odijs exerunt: si eandem veniam, non ad
 impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis
 indulgent: si quod asperè coguntur plerunq;

runq; decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tantò eis est castigatior, quantò posset esse liberior, si malunt cupiditatibus pravis, quàm quibuslibet gentibus imperare, & si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices. Ad hanc normam Reges, cum consilia & actiones suas in tota Regnorum & priuatorum morum gubernatione componunt, summam sapientiæ & virtutis gloriam merito adipiscuntur.

In hoc pietatis & optimarum artium studio ad Reipublicæ gubernationem præparatus & excultus est in Hispania princeps noster, vsq; ad Ferdinandandi, aui, regis catholici obitum, qui in testamento eum Governatorem regnorum absente Carolo fratre scripserat, & trium militarium ordinum magisteria ei legarat. Hunc enim in Hispania natum & educatum, non solum rex Ferdinandus, auus, sed cuncti ferè Hispani

FERD. CÆSARE. 107

norum principes, multò quàm Carolū fratrem, sub alio cœlo ortum, & Belgicis moribus innutritum, maiori benivolentia & caritate prosequerentur.

Sed recognitis extremo vitæ regis momento, à Senatoribus aliquot, testamenti tabulis, legatum illud indutum, & Cardinalis Toletanus, Franciscus Ximenes, Gubernator constitutus est. Is Ferdinandum nepotem quam primum ad se deductum, nunquam à se diuelli postea passus est. Cumq; familiares Ferdinandi ingenium & indolem apud Hispanos principes & alios passim mirificè prædicare, & Carolo præferre, & Belgarum mores vituperare intelligeret: mandata à Carolo confecit, quibus, honesta concedendi ipsi deinceps ocij specie, longissimè à Ferdinando præsentibus ministros circiter triginta amandauit & Carolo, in Hispaniam iam ingresso hortator fuit, vt Ferdinandum in Germaniam ad Maximilianum transmittat, Id anno sequenti factum est, quo in

1517.
27. Sept.

1518. quo in Belgium mense Iunio Ferdinando ap-
pulit, vbi cum Erasmo Roderodamo
de studijs ipsius regendis actum est.

Mortuo in Pannonia superiore
Maximiliano auo, Ferdinandus cum
Margarita amita Bruxellis erat. Quo
tempore, Sigismundus Herberstemius
us, & Ioannes Hofmannus, Stirij, no-
mine huius prouinciæ ad Carolum in
Hispanias legati fuerunt: & paulò post
Carolus & Ferdinandus fratres pariter
ab his regionibus Austriacis, misso ad
eas legato Casimiro Marchione Bran-
deburgensi, Iuramentum fidelitatis &
subiectionis debitæ acceperunt. Postea
diuisa inter fratres hereditate, Ferdi-
nandus has regiones gubernare cœpit,
& quâquam initio in Austriacos quos-
dam proceres, qui mortuo Maximili-
ano, cameræ Arciducum redditus, suo
arbitrio, ad alenda præsidia communis
Reipub. libertatis defendendæ gratia
transulerant; seuerius animaduertisse
quibusdam visus sit: tamen totis reli-
quis quadraginta quinque annis, quibus
patriæ

patriæ præfuit : summa pietate , clementia , moderatione , iusticia , & lenitate paterna , verissimè à Xenophonte dictum esse ostendit , BONVM PRINCIPEM NIHIL A PATRE BONO DIFFERERE . ac tota ipsius vita interior , honestissimis temperantiæ , frugalitatis & casti pudoris exemplis plena fuit . De his virtutibus , magno & bono Principe maximè dignis , quæ omnibus notæ sunt , & quas singuli pro nostra imbecillitate & vocatione imitari aliqua ex parte possumus & debemus , dicere hoc loco institui . Nam de Bellis , quæ post Ludovici Vngariæ regis mortem , cum ad ditiones Austriacas , Boëmiam etiam & Vngaria accessissent : & distracto in factiones Vngariæ regno multi Iohannis à zapolia partes , Turcici tyranni patrocinio & auxilijs innixi sequerentur ; plurima & ferè continua aduersus Turcas gerere coactus est ; nihil commemorabo prolixius , cum in hac ætatis & iudicij inopia , veras singulos

G S gulos

gulorum causas & occasiones ac consilia in ijs gerendis suscepta; quæ solis consiliarijs & ducibus, qui rebus gerendis intersunt, perspecta esse solent, non intelligam.

Quòd autem parùm felicia quædam fuerunt, id nostris peccatis, quæ punire Deus iustissimo iudicio, virga Turcica voluit, potius quàm fato, vel optimo principi nostro imputemus. Neq; enim illud semper verum est: Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui: sed multò verius Salomon grauiusimè scriptum reliquit: propter delicta terræ seu populi sæpè mutantur principes eius, & intelligens princeps, qui aliquando cedit de suo iure & patitur aliquid incommodi, vt maiora incommoda vitet, durabilius habet imperium.

Debet etiam tota Germania gratiam nostris principibus sempiternam, quòd sua virtute, vigilantia, & sumptu, tot annos, immanissimorum hostium impetus retardarunt, & velut muro,

ro,

ro, in finibus imperij oppositis arcibus, ab his regionibus & reliqua Germania auerterunt, & quanquam infeliciter interdum dimicarunt, tamen virtus eorum laude digna est, quod quantum potuerunt Reipub. prodesse & reprimere Turcicam tyrannidē conati sunt. Sed de bellis, quæ, vt dixi, non intellego, dicere desino, at eximium illud Dei beneficium nihilominus dignum mentione iudico, quòd continuos illos septem annos, quibus à morte Caroli V. Imperio Romano solus Ferdinandus præfuit, Pax quoq; continua, in omnibus Imperio subiectis ditionibus viguit, ac vt in augusta pace, sub Cæsaris Augusti imperio saluator noster Iesus Christus natus est: ita prædicatio salutaris Euangelij doctrinæ, hisce in regionibus, sub Ferdinandi imperio pacato, vires maxime sumfit, nec minus Ferdinandus pace, quàm Carolus bello floruit, maximè cum eundem statum ab initio ad finem imperij sui & mortem vsq; (ante quam nemo felix dicena

dicendus) deduxerit. Verùm his ommissis, omnibus notas optimi Principis & patris patriæ nostræ virtutes breuiter delibabo. Nam post pietatem, quæ cæterarum virtutum omnium mater & fundamentum est: **IUSTITIA** præcipuè, temperata lenitate & clemètia ac Bonitate natiua & verè regia, in cæterarum virtutum choro, velut Hesperus hoc tempore vesperi inter omnes reliquas stellas, longissimè enituit & eluxit.

Normam vniuersæ gubernationis Reipub. ac vitæ priuatæ, & consiliorum, sententiarum, iudiciorum & actionum suarum omnium, regulam vnicam sibi proposuit **LEGEM** seu sapientiam & voluntatem Dei æternam & immutabilem, discernentem septo imo moto honesta & turpia, præcipientem recta & iusta, & prohibentem contraria: Quæ in Decalogo & alijs congruentibus scriptis legibus expressa & sancita est. Intelligebat enim, velle Deum cogitationes, consilia & actiones Regum

gum ac cæterorum hominum omnium,
 non temerè vagari, aut cœco impetu
 & libidine, vt cuiq; libet, ferri, sed sua
 sapientia, & verbo regi, & sapientes ac
 iustas esse, hoc est, ad certam regulam
 & normam mentis seu legis diuinè con-
 formari & dirigi, vt Deum ipsum sa-
 pientem & iustum esse agnoscamus, &
 sapientiæ, iusticiæ ac cæterarum virtu-
 tum similitudine & congruentia ipsi
 Archetypo conformes simus.

Ad hunc finem Reges & Magistra-
 tus reliquæ hominum multitudini res-
 gendæ, tanquam vicarij Dei, & LEGIS
 ac Iusticiæ Dei custodes ac exe-
 cutores in genere humano constituti
 sunt, vt grauissimè etiam Plutarchus
 dixit, Principem esse imaginem Dei,
 cum seipsum similem Deo iusticiæ &
 virtutis cultura exhibet. Iustitiam verò
 finem legis esse, legem verò proprium
 principis opus, qui sonare inter subdi-
 tos vocem Decalogi & congruentium
 legum positiuarum & iuxta eam rege-
 re subditos, & contumaces punire,
 obe-

obedientes verò præmijs ornare debet,
vt hominum mores iusti ac honesti cū
Dei voluntate & lege congruant, &
Dei sapientia ac iusticia in genere hu-
mano agnoscat & celebretur.

Quare & ipse consilia & actiones
suas omnes iuxta Legum normam gu-
bernabat, assidue in ore, illam Theo-
dosii legem habens: Digna vox maie-
state regnantis, legibus alligatū se prin-
cipem profiteri, Adeò de autoritate ius-
ris, nostra pendet autoritas, & reuera
maius imperio est submittere legibus
imperium &c. & subditorum vitam re-
gi, ac controuersias dirimi, iure & legis-
bus, volebat.

Vt igitur non inanis sonitus essent
leges, nec libris tantū inclusæ, vel vt
ille in Comœdia ait, clauis ferreis tan-
tum ad parietem hæerent fixæ, vbi
malos homines affigi nimio erat æquis
us: sed vbiq; in regnis ipsius florent,
vigerent & dominarentur: & obedi-
entia ipsis legitima præstaretur, & contu-
macibus punitis, imbecilliores aduer-
sus pos

sus potentum iniurias defenderentur :
 Senatus seu Regimina , vt in his regio-
 nibus appellant , & confessus IVDI-
 CVM , ex viris sapientibus , iustis , ac
 eruditis lectos , sapientissime ordinauit
 & distinxit ; vt delictis aduersus leges ,
 vel alijs dissidijs ac controuersijs ad se
 delatis , suæ iurisdictioni subiectos ci-
 tent , & causa diligenter & accurate co-
 gnita secundum normam legum quod
 iustum est pronuncient & exequantur :
 bonos aduersus iniurias defendant :
 fontes & sceleratos contumaciter vio-
 lantes normam legum seuerè puniant :
 vt Dei sapientia & iusticia in voce le-
 gum & iudicijs discernentibus iustos ab
 iniustis , & in poenis fontium agnosca-
 tur , & de iudicio Dei secuturo homi-
 nes commonefiant , & controuersijs ho-
 minum legibus & iure diremptis , tran-
 quillitas & pax publica , in ciuili homi-
 num societate , in his gentibus & regnis
 conseruetur .

Hæc Iudicia , non arbitrijs priua-
 tis , non ira , odio , amore , & alijs affe-
 ctibus

ctibus, sæpè etiam in optimis viris iudiciũ perturbantibus, sed scriptis legibus certis et perpetuis, ex legibus Decalogi quas Deus ipse sua manu in monte Sinai generi humano præscripsit, detextis, regi & gubernari voluit.

Fateor esse aliquos sapientes & bonos Iudices, qui sine scriptis legibus, quod rectissimum & honestissimum sit acutè cernant & fortiter exequantur, de quibus verè prædicari possit illud Salomonis, Diuinitio in labijs Regis, in iudicio non errabit os eius, vt de Carolo Burgundo principe potentissimo, Ferdinandi Imp. auo materno, dignũ memoria exemplum iudicij verè diuini legimus, quod sine molestia vos audisturos esse spero. Ceperat Nobilis in ipsius ditione alium nobilem hostem suum. Captiui vxor, de mariti liberatione sollicita, lytron alteri offert, alia quot millia coronatorum. Is se hac conditione redditurũ ei esse maritum pollicetur, si vnus noctis sibi potestatem faciat. Mulier sumpto deliberandi spacio.

cio.

cio, cum marito rem communicat, eoq̄
 assentiente, voluntati alterius morem
 gerit. Postridie maritum ipsū reddit ho-
 stis, sed à se prius interfectum & capite
 truncatum. Illa acerbis, dolore ac lu-
 ctu percita principi suo Carolo Burgun-
 do causam totam exponit, & atrocissimū
 latronis illius scelus puniri petit.
 Carolus Nobilem illum coelibem in aus-
 lam accersitum, re cognita, iubet solen-
 ni nuptiarum ritu, matronam illam an-
 te à se dedecoratam, in matrimonium
 ducere, & nuptias eū illicò in Aula cele-
 brare cogit. Postridiè sponsum nouum
 in aream publicam productum per li-
 ctorem securi percutit. Et matrona, ac
 filijs, quorum patrem ille antea nefariè
 trucidauerat, omnia illius bona & fun-
 dos, beneficio suo attribuit. Hanc Ca-
 roli Burgundi sententiam, non ex scri-
 pta lege depromptam, sed sapientia &
 iusto arbitrio ludicis, ad præsentis cau-
 sæ conditionem, concinnè & aptissimè
 accommodatam esse, omnes prudentes
 intelligunt. Sed paucorum est hæc in-

H genij

genij dexteritas & perspicacia & iudicij rectitudo & voluntatis integritas. Ut enim Deus ipse populo suo, quam sapientissimos gubernatores habebat, scriptas leges tradidit, & in duabus tabulis, principia & fontes omnium honestarum nostrarum Legum, videlicet Decalogi præcepta, suis digitis, scripsit: Ita nostras quoque Politias, legibus sapienter scriptis & congruentibus ad illa præcepta, digitis Dei scripta, vult gubernari.

Quare & noster Imperator, ut Severus et Antoninus sæpè rescripserunt, licet Legibus solutus esse videretur, tamen legibus viuere, imò ipse in Iudicio per procuratores suos respondere, & se legibus subiicere, & hanc normam Iustitiæ vnicam & perpetuam ubique in regnis suis vigere & seruari voluit. Remota enim Iustitia, ad normam legum omnia regente, nihil esse regna, nisi magna latrocinia, intelligebat.

Ut autem in DEO misericordia
 supe

superat iudicium, & supra cæterarum virtutum chorum BONITAS & clementia præcipuè eminent & elucēt, ita in magnis & Heroicis principibus, quò ad Dei cognationem & similitudinem propius omnis virtutis præstantia accedunt, eò magis diuina lenitas, mansuetudo, clementia, & placabilitas eminent & conspiciuntur.

Fulsit itaq; in omni Imperatoris nostri Ferdinandi vita, actionibus, iudicijs, sententijs, vultu ac gestibus etiam, Bonitas natiua, & Moderatio ac clementia verè regia ac diuina, Qua sæpe ille, perturbatissimis Reipublicæ temporibus, pacem & tranquillitatem imperio salutarem restituit.

Quanta fuerint et adhuc sint in Imperio Religionum dissidia, & inde secuta Principum distractiones, diffidentia, odia, quæ in aperta bella ciuilia alia quoties eruperunt singuli meminimus. In his, etsi ad sæuiciem & asperiora consilia miris artibus sæpe incitabatur,

H 2

tamen

tamen singulari æquitate & moderatio-
 ne ita versatus est, vt sæpè ciuiles dis-
 sensiones sine ciuili sanguine composu-
 erit, ac moto aduersus fratrem Imp.
 Carolum V, à confœderatis Principib.
 bello anno 1552. quod retinendæ reli-
 gionis cum Augustana confessione cõ-
 gruents, quæ Synodi Tridentinæ de-
 cretis oppugnaretur; & recuperandæ
 libertatis Imperij: & liberandorum
 principum captiuorum causa, se gerere
 ostendebant: magno labore & indu-
 stria ac moderatione singulari perfecit,
 vt constituta PACE Religionis firma
 & durabili, causæ similibus tumultuum
 deinceps præciderentur, & tranquillitas
 publica & quies toti Imperio ad pos-
 teritatem etiam incolumis conseruaretur.

Id verè est, vt in Tragœdia de ex-
 cellenti Imperatore dicitur,
 Consulere patriæ, parcere ciuibus,
 Fera cæde abstinere, mores regere,
 Reddere orbi quietè, seculo pacè suo,
 Hæc sūma virtus, petitur hac cœlū via.
 Talia

FERD. CAESARE.

117

Talia moderationis & lenitatis exempla multa commemorare possem, in quibus partim ipse, quanquam graviter læsus esse videbatur, de suo iure nonnunquam inferioribus etiam, publicæ salutis & pacis causa celsit, partim alijs hortator fuit, ut concordia & tranquillitatis suæ ac Reipublicæ causa de summo iure aliquid remitterent, & iniquiores etiam conditiones accipere potius quam maioribus dissidijs & calamitatibus privatis ac publicis occasionem præbere vellent. Sic post bellum illud civile, cuius antea meminimus, sedatum: controversias, quæ post profligatum Albertum Brandenburgensem à Camera proscriptum, inter civitatem Noribergensem, & totam Marchionum Brandenburgensium familiam, de occupato Alberti territorio & arcibus eversis extiterant: singulari moderatione & æquitate diremit. Cum ditionem VVirtebergensem à Sueuico foedere ipsi donatam, & ab Imperatore Carolo in comitijs anni 1530. solenni feudo

H 3 rum

rum ritu ipsi concessam, Dux Ulricus exul & Philippus Cattorum princeps, armis occupatam Ferdinando eripuissent: intercedentibus Saxoniae Ducibus & alijs, rem ita componi passus est, ut dominium utile Ulricus retineret, sed dominum feudi Archiducem Austriae agnosceret.

Ita de suo iure et possessione cedens, publicae paci & tranquillitati magis quam priuatis commodis consuluit, ac saepe Rodolphi Imp. qui primus in familiam Archiducum Austriae imperium intulit, sententiam in ore habuit: Seuerum et immitem fuisse me aliquando poenituit; lenem & placabilem nunquam, plerumque enim ciuiles dissensiones, mansuetudine & moderatione multo facilius quam seueritate & armis sedari possunt, ut verè apud Euripidem rex Menelaus inquit.

Si vela tendas nimium, nauis mergitur,

Sed si relaxes rursus, vehitur tutius.

Odit Deus nimis vehementes impetus

Odere

Odere ciues : gratior est moderatio.

Nec verò in plebeias & vulgares naturas, cupidiores vindictæ, & offensionum tenaces, hæc moderationis & clementiæ exempla cadunt, Sed quò præstantiores sunt ac generosiores naturæ Heroicæ, ac Deo similiore: eò mitiores sunt & placabiliore, vt verè Seneca inquit, Nihil esse magnum, quod non idem sit placidum. & quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ. Itaq; & nostrum Imperatorem Ferdinandũ, natiua bonitate ac mansuetudine regia, & assuefactione ac diligentia singulari, iræ moderatum esse scimus. Latius regnes auídum domando Spiritũ, quàm si Libyam remotis Gadibus iungas, & vterq; Pœnus Seruiat vni, inquit Horatius. Ita ipse etiam difficillimum & maximum regnum esse, se ipsum regere, & iram, odium ac cæteros affectus frenare, iudicabat, ac sæpe Friderici III. Imp. proavi sui mansuetudinem prædicabat, qui, cùm nonnullos dicta probrosa in eum iecisse aulici referrent,

nihil planè commotus, dixit: Principes & alios præstantes viros, quasi signum, ad quod omnes virulentæ linguæ tela conijcerent, expositos esse, ut turres præaltas fulmina feriunt, humilia tecta prætereunt. At benè nobiscum agitur, cum verbis tantum impetimur.

Veritatem & fidem in promissis & pactis constanter & religiosè coluit; eamq; præcipuum munimentum & præsidium totius Politicæ administrationis & humanæ societatis esse iudicavit. Quare & subditis privilegia & Libertates, ad quas tuendas se initio gubernationis obligarat: nulla in parte postea labefecit, & hostibus quoq; datam fidem, & pacta cum ijs inita fidelissimè servavit, adeo ut maximi momenti Arces hostiles, induciarum tempore sibi à præfectis per traditionem oblatas, constanter repudiarit, quæ virtus etiam interneciui hostis Solymanni Turcarum Imp. oratione paulò antè mortem, honorifice celebrata esse dicitur.

Nec

Nec verò literis tantum ac sigillis, sed etiam nudis verbis promissa inuiolate præstitit: ita vt exigenti promissa militi veterano: etsi inuitò immoderatam fuisse petitionem militis, dicebat: tamen cum opponeret miles, potuisse Imperatorem tunc negare cum peteret, ac nunc sine turpitudine, quod pollicitus esset, rescindere non posse: statim responderit: Si ex duobus alterum me ferre oportet, leuius rerum quam famæ iacturam subibo, ac statim illi, quod petebat, præberi iusserit.

Benemeritis verò de se Ducibus & alijs ministris, quorum ipsi fides & erga se beneuolentia, cum meritis etiam officijs coniuncta, prædicabantur, eximia & regia liberalitate gratiam retulit, ac multos, quorum virtutem & industriam probabat, ex humili & abiecto loco, ad magnas dignitates, potentiam & opes euexit. Ita vt vere illud Salomonis in animo secum perpetuò circumtulisse eum appareat: Bene-

H 5 ficentia

ficentia & veritas custodiunt regem, & clementia stabilitur thronus eius. Non enim exercitus neq; thesauri præsidia regni sunt, vt Masinissa apud Salustium inquit, verum Amici, quos neque armis cogere, neq; auro parare queas: officio & fide parantur.

Etsi autem multi ab eo euecti & ornati, beneficiorum immemores, & ingrati ac perfidi postea extiterunt: vt vsitatum est inter homines, maxima beneficia non nisi summis maleficijs p̄sari, tamen nihilo pigrius dandum alijs & benefaciendum sentiebat, exemplo DEI, qui Solem benignitatis suæ gratis & ingratis splendere finit. Regia enim & Christianum est benefacientem alijs male audire: & nihilominus propter Dei voluntatem & mandatum, bene de multis mereri.

Ornabat autem Ferdinandus humanitatem, beneficentiam, veritatem, mansuetudinem, clementiã et cæteras virtutes & actiones omnes singulari & miranda

randa ac ferè propria familiae Austriacæ, Affabilitate, & comitate, qua benevolentiam erga alios suam & bonitatem ac clementiam vultu ipso & gestu ac sermonibus humanissimis, cum quadam suavitate declarabat; & omnes cuiuscunq; ordinis ac conditionis homines, etiam humilimos, alloqui eum volentes, quotidie ferè certa hora, patefacto omnibus aditu, ipse placidissime audiuit, & sine vlllo fastu, morositate, aut fastidio, clementissimè respondit, Quæ virtus mirificam vim conciliandi animos & ad sui amorem inflammandi habet, ac in magnis Regibus & principibus præcipuè grata, ipsiq; salutaris est, Qua imprimis animos populorum sibi adiungere & firmis benevolentia, fidei & promptæ ac voluntariæ obedientia nexibus sibi deuincere possunt. Hæc Cyrū, Augustum, Traianum, Titum, Seuerū, Gratianum & similes, & proximis seculis Austriacos Principes populis commēdauit. ac Traianus olim
repre

reprehendentibus eum amicis, quod
nimium erga omnes comis esset: respō-
dit, Talem se imperatorem priuatis esse
se, qualem sibi Imperatorem priuatus
optasset, sicut & Casparum Slikium,
qui triam Imppp. Sigismundi, Alberti,
& Friderici III. cancellarius fuit, optasi
se ferunt. Omnes Reges aliquando pri-
uatos, pauperesq; fuisse, vt quales se
erga priuatos & miseros subditos exhi-
bere Reges oporteat, considerare facia-
lius possent.

Adrianum Imp. accepimus, cum
anui cuidam transeunti, & se vt audiret
roganti, respondisset, ocium sibi
non esse; & illa deinceps clamasset,
Noli ergo imperare: statim conuersum,
mulieris querelam summa comitate au-
ditam expediuisse.

Sæpè autem boni etiam Principes in
hac parte negligentiores sunt, quàm
vel ipsis vel regnis eorum vtile est, vt
de Dauide rege Absolon filius queritur
eum causas subditorum non audire,
Quos

Quorundam etiam tanta non solum morositas & fastidium, sed etiam leuitas & peruersitas est, vt nihil ista ad se peruenire putent; & plane nullam facultatem subditis se adeundi prebeant, vel compellantes, asperè & duriter à se repellant vel plane ludibrio habeant. vt Demetrium Macedoniae regem legimus Atheniensium sociorum legatos biennium aulam sequi iussisse, priusquam eos audiret. Idem cum in via alia quando magnam copiam libellorum supplicum hilari vultu à subditis accessisset: & hi, opima spe læti, certam sibi opem à regis clementia expectantes, sequerentur: rex flumen Axium transiens, cum ad medium pontem venisset, omnes supplicationes non lectas in flumen effudit, & supplices, velut muscas, molestiam ipsi exhibentes, à suo comitatu depelli iussit. Hæc nimis inhumana vanitas animos subditorum à Principibus valdè alienat.

Noster verò Imperator singulari
comi

comitate & patientia omnes, ac inprimis Doctrina & virtute aliqua insignes audiuit, ac literarum perstudiosus ipse, & latinè doctus fuit, & singulari clementia & munificentia doctrinas & homines doctos ornauit, ac vt Sylla, etiam malis poëtis, carmina sua ipsi exhibentibus, præmia dedit hac conditione, ne quid postea scriberent, ita neminem, in quo simulachrum aliquod doctrina appareret, à facie sua tristem discedere Imp. noster passus est.

Aulam viris eruditis omnium professionum nulli Academia cedentem habuit, ac Viennensem Academiam, omnium in tota Germania antiquissimam, singulari clementia & benignitate complexus est. Qua in re laudatissimos Principes omnium ætatum, qui & ipsi eruditi fuerunt, & eruditos homines familiares assidue habuerunt, Dauidem, Salomonem, Augustum, Ptolemæum Philadelphum, Seuerum, Carolum primum, & alios imitatus est, ac inprimis Alphonsum Hispaniæ & Neapolis

apulis Regem, matris suæ propatruum
prædicare solitus est, qui Reges illiteratos
nihil differre ab Asinis coronatis
Æneæ Sylvio respondit: & optimos ac
fidelissimos consiliarios suos esse dixit,
Mortuos: libros intelligens, à quib. sine
metu, sine gratia, sine omni assentatione
quæ nosse cuperet, aperte & fideliter au-
dire posset. Itaq; passim insignibus suis
Librū appinxit, vt studiorum doctrinæ
& literarum tutelam & patrocinium
præcipuè sibi commendatum esse ostē-
deret: denique omnes suas gemmas &
thesauros malle se perdere persanctè
aliquoties affirmavit, quàm literas,
quas permodicas se scire dicebat, ne
scire.

Interior verò Ferdinandi vita,
honestissimorum exemplorum, Con-
tinentiæ, Temperantiæ, & Frugali-
tatis plena fuit. Casti pudoris de-
cus, in coniugio, pietatis, concordia,
& suauissimi amoris mutui pleno ac
fœcundo, sanctè ac religiosè seruauit,
cūm

cū multī reges ac principes aliī, Atre-
um illum in Tragœdia, si non iisdem
verbis, attamen vita & moribus expris-
mant, dicentem: Sanctitas, pietas, fi-
des, pudor, priuata bona sunt: Quā
iuuat, reges eant. At noster Imp. non tām
tūm leges de officijs virtutum omnium
priuatis & subditis tulit: sed ipse specus-
lum castitatis, Iusticiæ, veritatis & cæ-
terarum virtutum esse: nec dicta ipsius
sed facta etiam imitari, & non discipli-
nam modò, verū etiam exemplum à
se sumere priuatos voluit. Vt enim
egregius pictor vultum speciosum præ-
cipuè effingit: ita Pudicitia celsius con-
surgentem vitam exornari: & omnium
cæterarum virtutum & donorum in-
gens ac necessarium ornamentum esse,
& amisso illo, omnia cætera potentia,
opum, honorum & virtutum decora
deformari sensit.

Coniugem habuit Imperator no-
ster ANNAM, in nobilissīma regū
Poloniæ & Vngariæ familia natam, re-
gis Vladislai filiam, ac Ludoici soror-
rem,

rem. Quæ Placillam Theodosij Imp.
coniugem laudatis, philoptochon olim
dictam, plane representabat. Etsi enim
Dominum & maritum suum in familia
Imperatoria natum & sponte sua ad pi-
etatis & iustitiæ decus incitatum, nihil
opus fuit hac oratione officij admone-
re, qua Theodosium suum Placilla al-
locuta esse scribitur, Semper tibi marite
cogitandum, Quis olim fueris, & qui
nunc sis. Nam in horum crebra recora-
datione, erga benefactorem Deum in-
gratus non es futurus, sed acceptum im-
perium legibus administrabis & simul
coles eum qui contulit: tamen pietate
erga Deum, beneficentia erga paupe-
res, benevolentia & fide erga maritum,
& omnibus cæteris virtutibus matro-
nalibus, Placillæ illi imperatrici, meri-
tò eam conferimus, Quæ benignitatis
suæ erga pauperes monumentum im-
mortale reliquit Hospitale amplissimū
& splendidissimum, Viennæ conditum
& redditibus annuis copiose dotatum, in
quo magnus pauperum numerus muna-

I

dissis

diffimè habitat & victu honesto assidue alitur.

Singulari etiam benedictione coniugium ipsius ornauit Deus, cum eam quatuordecim liberorum matrem læbantem fecit, ex quibus duodecim, vt arbitror, superstites reliquit. Cumq; corona matris sint Filij virtute præstantes, cogitemus quantum Dei munus sit, quod non solum potentissimi regis filia, regis soror, summi regis in orbe Christiano coniux, & imperatoris Romani mater fuit; sed etiã, pietate, clemẽtia et omnibus regis virtutib, similes patri filios procreauit.

Agamus autem Deo gratias, quod sapientes iustos & salutare patriæ nostræ principes clementer tribuit, sub quorum tutela & patrocinio, vera religio, disciplina, Leges, iudicia, doctrinarum studia in his gentibus conseruantur; & exempla virtutum insignia, ex Imperatoris Ferdinandi historia, pro nostro loco & vocatione, imitemur; & ardentibus votis Deum, qui dat salutem Regibus, & custos est politiarum, quæ veræ de
Christo

FERD. CÆSARE.

138

Christo doctrinæ, ac disciplinæ morum
honestæ, domicilium ac sedem tranquil
lam præbent: precemur, vt patriæ no
stræ principes serenissimos, Diui Ferdi
nandi Imperatoris filios, ac inprimis in
clytæ huius prouinciæ Stiria Archiduc
cem Carolum, ad illustrationem glo
riæ Christi, et subditorum suorum
salutem, vmbra manus suæ prote
gat & tueatur. Cumq; totius orbis
Christiani tranquillitas & salus hoc
tempore, post Deum, ex Inuictissimi
Imperatoris Maximiliani incolumi
tate & salute potissimum pendeat: toto
pectore æternum Deum custodem im
periorum & regum ipsi placentium o
remus, vt Cæsaream ipsius maiestatem
incolumem & florentem perpetuò ser
uet & gubernet. Nam Cæsare Hoc
nihil maius, meliusve, terris
Fata donauere, boniq; Diui,
Nec dabunt, quamuis redeant in aurū
Secula priscum,

DIXI,

I 2

Oratio

MAXIMILIANO II.

IMPERATORE CÆSARE

*Augusto, Archiduce**Austria, &c.*A Ioanne Cyriaco Barone in Pol-
heim & VVartenburg.*Habita in Academia Rostochiensi, cum*
LEGES Academia, die 25. Ian.
anno 1577. publicè re-
citarentur.

DEVS AVTORET
 custos Imperiorum & or-
 dinis politici, vt Regna ipse
 constituit & transfert: ita,
 donec vult ea durare, & Legibus, dis-
 ciplina, pace & alijs bonis & ornāmē-
 tis ciuilibus florere, Reges & Princi-
 pes Heroicos, & gentibus salutare tri-
 buit: in quos diuinæ sapientiæ & virtus
 tis suæ radios illustres spargit: vt boni-
 tatem & præsentiam ipsius in Imperijs,
 grati agnoscamus & celebremus. Non
 enim

enim casu existunt & seruantur Imperia: nec casu sapientes, iusti, moderati, felices ac salutare generi humano Reges ac principes præficiuntur: Sed vt mirandus corporum cœlestium, & naturæ rerum ordo pulcherrimus, Deum, tanti operis effectorem & architectum sapientem & beneficum, clarissimè ostendit: sic politicus ordo, Leges, iudicia, pœnæ fontium, ac in primis benefici & salutare Principes, Dei opera, & providentiæ ac præsentia Dei inter nos, grauissima testimonia sunt. Quare ad pietatem & gratitudinem Deo debitam pertinet, vt Patriæ præsertim nostræ Principes, Heroica virtute præstantes, velut eximia dona Dei, & imaginem ac vices Dei apud nos gerentes, tum viuos, omnibus reuerentiæ & subiectionis officijs colamus: tum amissos, præcipuo quodam desiderio, luctu & celebratione prosequamur.

Quod si aliàs vnquam Boni & salutaris generi humano Principis obis

tus, acerbis omnium lacrymis deffendus fuit: nunc certè Diuo MAXÆMYLIANO II. Cæsare, vno omnium sapientissimo & moderatissimo, ex his terris sublato; casus accidisse tristissimus, non Germaniæ solùm vniuersæ, sed toti omnino Europæ, existimandus est.

Imminent Germaniæ cervicibus ab ortu Moschi, & Turcæ, qui vt antè quinquaginta annos Vngarorum procerum, de Regis noui electione dissidijs, toti Europæ funestis, attracti sunt ita nunc Polonorum discordijs fortasè se irritabuntur. Ab occasu Hispani, quibus nulla gens alia, hoc tempore, acrius & maiori astu & fortitudine bellum gerit; florentissimos antea Belgici populos, totum iam decennium affligunt; & non secus ac in Americam & Indiæ regiones amplissimas, & multas Italiæ arces, ita in Belgicum quoq; gentis suæ colonias deducturi videntur. Gallia aliquoties iam in sua crudeli conuersa est viscera dextra; & dum
 Germa

Germanicis copijs bellum ciuile vtrinaque trahit, contagionem mali paulò post in viciniam propagatura videtur. In Germanis ipsis, vetus Germanica virtus languefacta luxu, & odijs intestinis laborans, quotidie in peius ruit, & retrò sublapsa refertur.

Hoc periculosissimo vniuersæ Europa statum, extinctum esse Oculum Imperij Christiani, Cæsarem Maxæmylianum, cuius prudentia & moderatio incredibilis, sola, casus ambiguos temperare, & opem ferre rebus labentibus poterat, iure dolemus. Et quanquam coniecit oculos Germania, in paternæ virtutis & imperij hæredem RODOLPHVM, cuius fidei & clementiæ tutò se committi censet; tamen ille etiam, patre extincto, se magnam sui partem amisisse, sentit; & Patris sapientiam, & gerendi Imperij longo iam vsu confirmatam scientiam, requirit & desiderat.

Me verò priuatim acerbius hunc tristem casum deflere, arctior officij ratio cogit: quòd non solum communis pater & Dominus patriæ meæ, archiepis

ducatus Austriae, Cæsar Maxæmylianus fuit: verum etiam me, anno 1558. Nonis Aprilibus in hanc lucem Viennæ editum, & tinctione sacra, ecclesiæ Christi initiatum, suscepit: cum carissimum parentem meum MAXÆMYLIANVM, à teneris annis secum in Austria & Hispania educatum & eruditum, singulari clementia & fide semper complexus fuisset.

Quare non secus ac patrem lugeo, ac quod vnum mihi relinquitur pietatis & gratitudinis declarandæ testimonium: qualicunq; oratione, Imperatoris nostri vitam & decora quædam eximia, breuiter commemorabo: vt Deum autorem virtutum Heroicarum; quæ in Cæsare nostro prorsus diuinæ fulserunt, celebrem: & gratam ac iucundam nobis virtutum, & in vniuersam rempublicam meritorum illius memoriam esse, eamq; religiosè à nobis, etiam in hac Academia, conseruari, & (quantum in nobis est) propagari, ostendam. Cumq; vsitato more, Academiae

demia Legum recitationi, aliquid præ-
fandum esset; non intempestivum nec
ingratum fore duxi, custodis Legum
& disciplinæ in toto Imperio præcipui
ac summi, historiam, hoc in loco potis-
simum pronuciari.

Etsi autem constat, Deum, in He-
roicis bonorum Regum & Principum
familijs, quas reliquæ hominum mul-
titudini regendæ & tuendæ præfecit,
virtutum Heroicarum semina, & mo-
tus animorum generosiores & felicio-
res, ex maioribus in posteros propaga-
re: ideoq; magnum & excellens decus
esse iudicatur, ex nobilissima & He-
roica stirpe fatum & procreatum esse;
tamen in nostro Imperatore, alia sunt
propriarum virtutum decora, longè
maiora: tametsi generis etiam splendo-
re, omnibus cæteris orbis Christia-
ni Regibus antecellit, Quæ enim alia
præter hanc Archiducum Austriae fa-
miliam, ad tanta dignitatum & ama-
plissimarum gentium ac regnorum fas-
tigia euecta: & similis sapientiæ, ius-

I 5

stitiæ,

stitiæ, magnanimitatis, moderationis,
 & felicitatis gloria, unquam cumulata
 est: Quæ vnica, Decem iam orbi Chri-
 stiano Cæsares Augustos, continua pe-
 nẽ serie, dedit: RODOLPHVM pri-
 mum, qui sapientia & excelsi animi
 fortitudine, felicitate & moderatione
 sua, Imperium Germanicum, furijs
 Pontificum, & dissidijs Principum, &
 septendecim annorum ἀναρχία peni-
 tus conuulsum & labefactatum, ante
 trecentos annos, primus restituit & re-
 creauit. Et hunc secutos, filium AL-
 BERTVM, & nepotem FRIDERI-
 CVM pulcrum, Ludouici III. colle-
 gam: et post Lucelburgicos, ALBER-
 TVM II. Sigismundi Imperatoris ge-
 nerum, intra vnus anni spacium, tria
 potentissima regna; Romanum, Vn-
 garicum, & Boiemicum, legitima ele-
 ctione adeptum: eoq; intra biennium
 extincto, sobrinum illius FRIDERI-
 CVM III. quo nullus imperatorum,
 post Augustum, diutius Imperio præ-
 fuit, & qui postremus ex Germanicis
 impe-

imperatoribus, Romæ, coronam imperij, antè centum viginti quinque annos accepit. Cui, Maxamylianus I. filius: huic nepotes CAROLVS V. & FERDINANDVS, nostri MAXÆ MYLIANI pater successit: qui superiore anno, RODOLPHVM filium decimum à Rodolpho Habsburgensi (qui fastigium dignitatis Cæsareæ primus in hanc familiam attulit) se viuo eligi imperatorem, singulari haud dubiè Dei constituentis & transferentis Imperia, consilio & beneficio erga Germaniam eximio, curauit.

Quid autem honorificentius & gloriosius cogitari potest, quàm tot gentium orbis Christiani principes ac populos, tantùm virtutis, sapientiæ, magnitudinis animi, moderationis & industriæ, vni huic familiæ, tot iam seculis, consentientibus iudicijs, tribuere: vt suam libertatem, vitam, fortunas & salutem, Archiducum Austriae potissimùm fidei & tutelæ, tutò committi arbitrentur?

Natus

Natus est autem Maxæmylianus II. Imperator, VIENNÆ Austriae, anno 1527. die prima Augusti, patre Ferdinando rege Romanorum, Ungariæ, Boiemia, et Archiduce Austriae, etc. de cuius virtutum verè Heroicarum, et magno ac optimo rege dignissimarum, laudibus, Orationem, à Ioanne Mathesio eruditè et suavissimè scriptam, omnibus familiarissimè notam esse optarim. Mater Maxæmyliani ANNA, nobilissimi Poloniae et Ungariæ regis Vladislai filia fuit: verè ταμίειον ἀρετῆς ἡνωαῖα γυνὴ quæ Pietatis et benignitatis erga pauperes suæ, monumentum illustre ad posteritatem, Hospitale amplum et locuples, Viennæ condidit: et vicesimo post natum Maxæmylianum anno, Pragæ decedens, duodecim liberos superstites Ferdinando reliquit.

Ab his nobilissimis parentibus, non vitam solummodo, et amplissimarum regionum hæreditatem, verùm etiam regiarum virtutum omnium exempla

MAX. II. IMP.

empla et femina Maxamylanus admira-
randa et verè Heroïca indole, et excela-
lentis ingenij præstantia diuinitus or-
natus, accepit. Cumq; natiuam indole-
lem sua sponte ad decus excitatam, edu-
cationis et disciplinæ sanctitas, et ad om-
nia virtutum officia assuefactio accu-
rata, et literarum humanitatis cultura
diligens accenderet atq; expoliret; præ-
clara illa et singularis, et omnium prin-
cipum ac priuatorum beneuolentiam et
studia mirifica sibi concilians, naturæ
doctrina et virtute excultæ bonitas et
præstantia extitit: vt verè & meritò A-
mor & Deliciæ generis humani, publicis
elogijs postea appellatus sit.

Puer cum generosis aliquot ado-
lescentibus, inter quos pater etiam mea-
us Maxamylanus, liber Baro à Polz-
haim & VVartenburg, fuit; ad patris
um CAROLVM V. Imp. in Hispa-
niam missus est: vt cum filio illius Phi-
lippo, ætate ferè æquali, (nam & ille
anno 1527. die vicesimo primo Maij,
ex

ex Elisabetha Emanuelis Lusitaniae regis filia, natus erat) in bonis literis & alijs artibus, in gubernatione ipsius postea vsui futuris, erudiretur. Vbi Carolus, qui sapientia & potentia omnes suae aetatis Reges, & superiorum aliquot seculorum Caesares antecelluit: in dolem nepotis verè regiam, amantem veritatis, iusticiae, temperantiae, modestiae, comitatis, mansuetudinis, & ad amorem admirationemq; sui, animos familiarium mirificè rapientem, & in omni officio & actione dexteritatem & industriam, adeò probavit, vt in familiaribus congressibus aliquoties Maxamilianum, si praèclare inchoatum virtutis cursum, deinceps, vt coepisset, vrgeret: filii loco sibi futurum esse diceret. idq; postea, hoc sibi genero potissimùm ex omnibus Europae Regibus delecto, re ipsa comprobavit.

Primum in re militari tyrocinium fecit Maxamilianus, bello Gallico, anni 1544. & postea Germanico, quod

quod Carolus Cæsar aduersus principes aliquot & ciuitates Imperij confœderatos, prætextu Euangelij, quædam licentius in occupandis aliorum principum & episcoporum ditionibus, & bonis ecclesiasticis, sibi sumentes, anno 1546. suscepit: in quo à latere imperatoris et patris sui ille nunquam discedens, magni et fortis animi, ac virtutis Heroicæ documenta illustria, edidit: et præcipuis consilijs et actionibus in bello, et parta victoria, in receptione supplicum, interfuit.

Comitia etiam Augustana, statim post captos confœderatorum Duces, in autumno anni 1547. indicta Carolus Cæsar, Maxæmyliani oratione inchoari voluit, antequam vsitato more, capita ad deliberandum proposita perscribam prælegerentur. Cumq; Maxæmylianum generum multò antè delegisset, et amplissima Hispaniarum regna, absente filio Philippo, quem in Germaniam euocare, et Belgici populos sacramento fidelitatis ipsi obstrins

stringere decreuerat: per Maxæmylianum regio nomine administrari interea voluisset (ex illis ipsis Comitibus, anno 1548. in Hispaniam Maxæmylianus profectus est, vbi ducta in matrimonium Caroli filia Maria, integrum triennium Hispanias foci vice gubernauit, & susceptis iam ex eo coniugio duobus liberis, Maria & Ferdinando piæ memoriæ, exeunte anno 1551. per Germaniam & Tridentum, vbi concilium paulò antè instauratum fuerat, ad focerum Carolum V. Oeniponte tunc pro concilio excubantem: & ad patrem Ferdinandum, in archiducatum Austriæ, initio anni 1552. reuersus est.

Vbi statim in Germania, noui belli consilia aduersus Imperatorem Carolum agitari, tuendæ religionis harum ecclesiarum, & Germanicæ libertatis, & captiuorum principum liberationis causa suscipiendi, cognouit. Quod cum paulò post mense Martio, Ducibus Mauricio electore Saxonie, Ioanne Alberto Megapolitano, & VVilhelmo

helmo Landgrauio Hassiæ, confœderatis Henrico Galliaë regi, palàm geretur.

Primum Maxæmyliani in Germaniam reuersi πολιτευμα fuit, Pacificatio Passauiensis, quæ fundamentum & firmitamentum publicæ salutis & tranquillitatis Getmanici imperij, in hodiernũ usq; diem extitit, & deinceps ad omnẽ posteritatem, Deo iuuante, futura est. Nam in ea belli difficilimi & periculossissimi, & ad totam formam Imperij et ecclesiarum in Germania mutandam spectandis, compositione; etsi summa Caroli Cæsaris & Ferdinandi patris, principis optimi, & patriæ amantissimi autoritas: tamen præcipuæ etiam Maxæmyliani filij, partes fuerunt, quem ad moderationem, humanitatem, clemẽtiam, studium tranquillitatis & concordiaë publicæ, & cæteras pacis artes natura ipsa finxerat. Etsi enim ad delendas has Ecclesias, & ad sæuiciem ac crudelitatem aduersus eos qui Lutheri cõfessionem amplectuntur, exercendam,

K

Caro

Carolus Imp. & frater Ferdinandus,
 inde ab initio suæ gubernationis, à Pon-
 tifice & ipsius cohorte, miris artibus
 incitati erant: ita vt terribile anathe-
 matis Cæsarei fulmen, in primis comi-
 tijs VVormatienſibus, aduerſus Lu-
 therum & omnes ipſi coniuñctos vi-
 brarent: tamen executionem illius, to-
 tos viginti quinque annos protrahen-
 tes, non armis dijudicare religionis
 controuerſias potius, quàm mitioribus
 remedijs tentare curationem vulnerum
 Eccleſiæ, maluerunt: donec belli Ger-
 manici occasionem ſpecioſam, in pu-
 nienda quorundam, alienas regiones,
 religionis prætextu, inuadentium aus-
 dacia & insolentia adepti ſunt. Poſt
 quam victoriam, cum eccleſias Germa-
 niæ diſſidentes infeliciter propoſita
 Forma religionis, Interim uſq; ad Con-
 ciliij finem ſeruanda, ruruſum coniuñ-
 gere, & non aſſentientes vi compelle-
 re, inſtituiſſent: idq; violentum con-
 ſilium reipſa comperiſſent infauſtum,
 & eccleſiis vaſtitatem, & concordia
 ac ſa

ac salutem Germaniæ exitium allaturum esse: denuò ad mitiora illa, quæ prius mùm vsurpauerant, remedia decurrerunt: & constituta ac firmata pace Passauiensi, ne cui religionis nomine vis vnquam inferretur, sanciuerunt.

In hæc laudatissimorum principum, Caroli patris, & patris Ferdinandi, publicam Imperij & totius Germaniæ salutem & pacem magis, quàm odia & cupiditates pontificum crudeles, vel priuatas vtilitates spectantium, consilia & exempla συμβεβηκικά intueus Cæsar Maxemilianus, totos illos duodecim annos, quibus post pacem Passauiensem cum patre in Austria vixit, & postea cum patri, anno 1564. die 25. Iulij, ex hoc terreno & mortali Imperio, ad æternum & cœleste regnum euocato, in tota Imperij gubernatione successit: nihil antiquius aut prius, Iustitia & pace publica, & Imperij ac ecclesiarum tranquillitate & salute populi, habuit.

K 2

Ad

Ad Imperium publicis omnium
 hominum optatis precibus & votis, &
 promptissimis cunctorum Principum
 suffragiis, euectus est: cum mirifica
 Heroicæ bonitatis, sapientiæ, modera-
 tionis, affabilitatis, & cæterarum vir-
 tutum suauitas & pulchritudo, in om-
 nium animis & oculis fulgens, omnium
 corda sibi deuinxisset: nec vlla crude-
 litatis aut iniuriæ suscipio de illo, in vl-
 lius animo hæreret. Itaq; non toto an-
 no vertente, trium regnorum coronam,
 Boiemici, (anno 1562. die 20. Sep-
 tembris, Pragæ;) Romani, (die 30.
 Nouembris proximè sequente, Fran-
 coforti;) Vngarici, (die 8. Septembris,
 anni 1563. Posoni,) præsentem patre,
 & duobus fratribus Ferdinando et Ca-
 rolo archiducibus Austriæ, acceperat:
 & populis illis, sponte & cupidè eum
 expetentibus et volentibus imperauit:
 ac singulari diligentia, moderatione
 & prudentia, conceptam de se tot gen-
 tium expectationem, præclare sustinuit:
 Memor enim dicti Salomonis: Ius-
 titia

sticia & veritas custodiunt Regem, &
 clementia stabilitur thronus eius: pri-
 mam & potissimam conseruationis le-
 gum, iustitiæ & pacis in toto imperio
 curam habuit: & vbiq; ius, fas, leges,
 non iniurias, vim & arma, vigere, &
 dominari voluit. Cum autem norma
 iustæ gubernationis sit **LEX DEI**,
 æterno & immoto septo iusta & iniusta
 discernens, & extractæ inde leges im-
 periorum politicæ, quæ honestè viuena-
 di, & alterum non lædendi, & ius su-
 um cuiq; tribuendi, normam præscri-
 bunt: non modò supremum in Germa-
 nico Imperio tribunal Spirense, verùm
 in omnibus etiam alijs regnis & ditio-
 nibus suis, Senatus iudicum, sapien-
 tia, doctrina, & iustitiæ ac veritatis a-
 more præstantium, à patre institutos,
 retinuit & confirmavit: vt legum & ius-
 titiæ custodes & executores seueri &
 vigilantes, in singulis prouincijs excu-
 barent. Hæc iudicia, non solùm ciuilibus
 hominum societatis & pacis publicæ
 neruos & munimenta esse: verùm et-

iam de iudicio & sapientia ac iustitia Dei, in voce Legum, & poenis discernentibus iustos ab iniustis, lucente, subditos commonefacere voluit.

Quanta verò in grauioribus, quæ ad aulam Augustam delatæ sunt, principum & ciuitatum controuersis cognoscendis diligentia, & iustè dirimendis æquitas, & imbecillioribus aduersus potentum iniurias defendendis auctoritas Imperatoris nostri fuerit: multa exempla recensere possem. Sed ingrati essemus, nisi hanc præcipuè ciuitatem, quæ studijs nostris hospitium præbet, occasione ciuili discordiæ, proximis superioribus annis grauissimè afflictam, & oppressa libertate & salute publica prorsus conuulsam & labefactam, solius Imperatoris iustitia & auctoritate, & Illustrissimorum Ducum Megapolensium clementia, pristinum decus Deo iuuante recupe- rasse confiteremur.

Semper autem transactionibus amicis, æquitate vtrinque proposita, potius

tius quàm sententiæ iudicialis asperitas
 te, contentiones partium decidi malus
 it; monens litigantes vtrinque, vt ali-
 quantum de suo iure cedere, & partem
 relinquere potius vellent, quàm longa
 iudiciarij processus tela instituta, sum-
 ptus duplò grauiore in causidicos im-
 pendere, & sibi molestias, labores &
 curas augere: & odia familiarum, quæ
 ad Reipublicæ perniciem postea erum-
 perent, inflammare: & alia negocia
 sua magis necessaria, & reipub. saluta-
 ria, impedire. Sic viuentē adhuc pas-
 tre, grauiſſimas disceptationes inter
 principem Hafsiaë & Nassoënsē, de
 comitatu Cattorum: & postea inter to-
 tam domum Brandenburgicam & No-
 ribergenses, qui regionem Marchio-
 nis Alberti occupârant, & arces demo-
 liti fuerant: & alias multas, singulari
 æquitate diremit.

Nec tamen lentus erat in coercen-
 dis & seuerè puniendis contumacibus
 & improbis, vbi mitioribus remedijs lo-
 cum non amplius esse animaduertit:

K 4 sicut

sicut in proscriptione & poena Centauro-
rorum, qui Herbipolin ex insidijs ca-
ptam diripuerant, & Principis, qui res-
ceptum illis praebebat, bello capti, os-
tendit. In qua executione, nihilomi-
nus summi iuris rigorem, singulari cle-
mentia & lenitate temperauit; dum
paulo post, principis captiui filijs, amissa
sua hereditatem paternam, benigne
restituit. Vt enim in Deo, supra ceteras
virtutes, Bonitas & misericordia
praecipue enitet ac effulget: ita summi
reges & principes, quod ad Dei optimi
maximi, cuius vices in his terris gerunt,
similitudinem propius accedunt, eo
magis diuinæ φιλανθρωπίας, clementiae
& placabilitatis effigiem, in his terris
representare debent.

Atque utinam caeteri huius aetatis
principes, tum reliquas Maxamylia-
ni nostri virtutes, tum verò Bonitatem
natiuam, & moderationem ac clemen-
tiam verè regiam, & publicae subdito-
rum salutis curam, in suis actionibus,
iudicijs, moribus, sententijs, vultu et
iam

iam & sermone omni, lucere & conspicui paterentur: vt subditi quem à Deo principem & patrem accepissent, eundem etiam vita & moribus exprimere & referre studerent.

Vnica semper Imperatori nostro publicæ salutis cura præcipua et summa fuit: Ac vt bonus paterfamilias, paterna Sollicitudine, diligentia & fide hoc vnum agit, vt familiæ, pietatem, pudorem, pacem colenti bene sit: sic noster Imperator, exemplo suo, Bonum principem, nihil à patre bono differre, nec sibi, sed Christo summo regi, & Christiano populo, se imperium gerere ostendit. Itaque priuatas iniurias multas & magnas, excelso animo, publicæ salutis condonauit. Nec vnquam ira, vel cupiditas vindictæ, vel ambitio eum impulit, vt alienum à iusti & moderati principis officio quicquam admitteret, aut tranquillitatem communem turbaret.

Etsi autem ad vulgus imperitum, in maiori admiratione sunt, clariusq;

K s cernunt

cernuntur res bello gestæ, hostium acia
es victæ, prouinciæ armis imperio ad
iunctæ; Non enim considerat vulgus,
nec satis intelligit, Pacem optimam res
rum, quas homini nouisse datum est,
vt poëtæ verbis vtar, pacem vnã tri
umphis innumeris potiore esse: tamẽ
cum belli ærumnæ, ipsa morte tristio
res, & omnium optimarum rerum per
niciem & vastitatem afferentes, incum
bunt: tum demum amissa pacis com
moda, serò dolens & desiderans, discit,
longè vtiliores reipublicæ, felici etiam
bello, & naturæ hominum conuenien
tiores esse Togatas virtutes & Pacis ar
tes: cum principes nihil prius & anti
quius populi salute habent, cum sæui
pectoris æstus atq; animum vindictæ
cupidum cohibent, cum priuata existima
tioni & gloriæ publicam populi vti
litate anteferunt, cum ratione & cons
ilio prohibent, ne res ad Bellum des
ducatur, aut excitata iam bellorum ins
cendia extinguunt, & ciuiles dissensi
ones sine ciuili sanguine componunt:

Id

Id verè est, vt in Seneca dicitur:
Consulere patriæ, parcere ciuibus,
Fera cæde abstinere, mores regere,
Reddere orbi quietem, seculo pacem suo,
Hæc summa virtus, petitur hæc cælum uia.

Hæc virtus Imperatorem Augustum, sub cuius Imperio pacem toto orbe salutarem tuente, Christus princeps pacis & salutis æternæ nasci voluit, cuius proprium symbolon est: βούλομαι ἕγω λαὸν σου ἕμμεναι ἢ ἀπολέσθαι: præcipuè nobilitauit: qui vt Scipio, vnum ciuem seruare, quam multos hostes trucidare maluit.

Laudatur Pericles, qui, prædicantibus amicis ipsius victorias & trophæa de hostibus parta, dixit: se bellicas laudes, non suæ sed militum etiam virtuti & fortunæ tribuere: verùm de hoc trophæo, tanquam propriè suo potissimum se gloriari, quod nemo ciuium vnquam sua causa nigram vestem induisset: significans nunquam se priuatas iniurias cum ciuium incommodo

vini

vindicasse. Verè enim vt sapientissimus rex Salomon inquit: Melior est patiens, quàm bellicosus, & prestantior est qui regit & frenat vehementes animi impetus, quàm qui vrbes expugnat.

Multò autem iustius Pericle, noster Imperator gloriari potest, se (turbulentissimis Germaniæ tempestatibus, animis vtrinque propter religionis dissensiones odio exacerbatis, et tristissima cede sacerdotum et ciuium in vtraque parte, et totius ecclesiasticæ discipline et doctrinæ interitu aliquoties impendente,) non modò iniurias priuatas non cum reipublicæ periculo vltum esse: verùm etiam periculosissima dissidia, sepe singulari equitate et moderatione, sine ciuium cede, sustulisse.

Cum igitur iustus, clemens, benignus et pacificus Imperator esset, à bonis omnibus diligebatur: et hoc munitus presidio, magis quàm vi et armis alijs, ferocioribus formidabilis erat.

Principes Electores, vt fratres diliges

ligebat: nec in negocijs Imperij graui-
 oribus quicquam sine eorum consilio
 agebat: inprimis verò Augustum Sas-
 xoniæ Electorem; cuius fides, integri-
 tas, constantia, & in magnis rebus ge-
 rēdis industria & efficacitas, illi præ ce-
 teris perspecta & probata erat: singula-
 ri amore & veneratione complecteba-
 tur: Qui vicissim Dominum & Impe-
 ratorem suum, velut patrem colebat: et
 auctoritatem ac Sententias illius, com-
 muni Senatus Electorum suffragio las-
 tas, fideliter ac feliciter tuebatur. Ad-
 iunxerat ei Deus domesticos etiam cō-
 siliarum & laborum socios, sapientes,
 iustos, magnanimos & felices: quorum
 virtus magno ipsi præsidio & ornāmē-
 to erat, & auctoritatem eius in populo
 augebat. Inter quos LAZARI
 Suendi Heroica fortitudo & felicitas,
 in armis & togata gubernatione, pu-
 blicis historiarum monumentis celebra-
 ta est. Nota etiam omnibus eruditis est
 sapientia, fides & industria Baronis
 STREINII, quo præsidente Cas-
 mera,

meræ, inter domesticos amicos familiarissimè Imperator usus est: & HENRICI Starenbergij, quem in hac ipsa vrbe legatum multi viderunt: vt de cæteris, huic Germaniæ parti ignotis, taciteam, quorum singuli singulis regnis ornamento esse poterant.

Talis politica Imperatoris nostri gubernatio fuit. qua Religionis veræ studia & puram Euangelij doctrinam in his ecclesijs sonantem, adeo non impediuit, vt dolendum potius sit, pace illa aurea & libertate Religionis veræ, ab optimis Imperatoribus, Carolo, Ferdinando & Maxæmyliano concessa, multos, non ad colenda ardentiori peccatore pietatis, fidei & inuocationis veræ exercitia: sed ad inutilium & ambitionum farum disputationum rixas & contentiones augendas, abusos esse.

Nam post constitutam transactione Passauiensi, & in comitijs Augustanis anni 1555. sancitam à toto Imperio & confirmatam Religionis pacem,
Ferdin

Ferdinandus Imperator, etsi sincero & simplici animo pontificiæ ecclesiæ dogmata & ritus ipse sequebatur; tamen docendo & suadendo potius, quam vi & armis cogendo, flecti animos ad religionem oportere iudicavit; nec cuiusquam subditorum in hæreditarijs etiam ditionibus, conscientiam onerare voluit, vt vel probarent vel agerent religionis causa aliud, quàm verum & rectum esse sentirent. Ipse etiam quosdam ecclesiæ pontificiæ abusus, corrigi legitimis & moderatis rationibus: nec tamen auctoritatem & ordinem politicæ ecclesiasticæ pulcherrimum labefactari optabat.

Itaq; cum Austriaci vsum vtriusq; speciei Cœnæ Dominicæ publicum, & alia Religionis capita, in Augustana Confessione exposita sibi concedi flagitarent, Ferdinandus non modò ipse capita illa ac rationes petitiæ emendationis abusu considerabat; sed, cum Græcæ etiam ecclesiæ testimonium allegari audiret, Urbanum
Guru

Gurcensem episcopum, Venetias; hac vna de causa præcipuè misit; vt in ecclesia Græcorum morem distribuendæ vtriusq; partis sacramenti, & sententiæ de illo doctrinæ capite exploraret; Et in Synodo Tridentina per suos Oratores diligentissimè institit & vrsit, vt Austriacarum regionum populis integro sacramento vti, concessione Pontificis, liceret. Etsi autem adeò perspicua & manifesta de hoc articulo veritas est, vt nulla vi infirmari possit; tamen Synodus nihil ea in re decernere ausa, rem integram ad pontificem Pium I V. reiecit: qui tandem die 16. Aprilis, anni 1564. Archiepiscopo Salisburgensi diploma mittit, quo facultatem in Austria & Bauaria, exhibendæ laicis vtriusq; speciei; certis tamen conditionibus circumscriptam, permittit. Quod cum paulò ante mortem Ferdinandus accepisset, se valdè lætari eo beneficio, & gratias Deo agere verò pectore ostendit: & de cæteris etiam capitibus controuersis, viam concordæ idoneam,

am,

am, Pontificis assensu inire posse optavit.

Cum autem sub Ferdinandi Imperio, plerique proceres archiducatus Austriae, ministros Evangelij, confessionem Augustae Carolo Imperatori exhibitam profitentes conduxissent: & in his multi turbulentiores, ex caeteris Germaniae partibus, alij alijs de causis dimissi, eò tanquam ad asylum confluerent: & praetextu libertatis Evangelicae multa, in publicis moribus Ecclesiae, inconsiderate mutarent & tumultuose vociferarentur: Maxamilianus Imperator, cum patris exemplo, Doctrinam in Augustanae confessionis capitibus moderatissime propositam, subditis eam sequi volentibus, non prohibendam esse: & tamen ἀναρχίαν illam, & temeritatem inquietorum, in singulis fere pagis, peculiarem doctrinae & rituum formam instituentium coerceri oportere iudicaret: tandem diu multumque instantibus & subiectissime orantibus Dynastis & nobilibus Austriacis, libe-

L

rum

rum Confessionis Augustanae exercitium, in ipsorum templis & familijs, anno Christi 1568. die 18. Augusti permisit, hac tamen conditione, vt ordinem doctrinae & rituum totius administrationis Ecclesiasticae certum, & cum harum regionum ecclesijs congruentem; seruarent.

Ad eam deliberationem, duos potissimum, ex his ecclesijs, spectatae fidei & doctrinae viros: ex Academia Lipsica, Ioachimum Camerarium; & hac Rostochiensi, Dauidem Chytraeum, adhibendos esse Imperator censuit. Vt autem Imp. promissionem se semel prouincialibus suis factam constanter seruauit: ita toto pectore opto, vt docentes in ecclesijs meae patriae, ingens hoc Dei & Imperatoris beneficium, grata mente ac voce agnoscant: puram Euangelij doctrinam grauius & modestè propagent: & veritatem ac pacem diligant: nec intestinis dissidijs animos gubernatorum denuò alienent.

Nunc

Nunc de interiore etiam Imperatoris nostri vita & consuetudine domestica dicam, quæ optimi ordinis & plurimarum virtutum plena fuit. Distinctè & ratione certa domi distributa habebat tempora omnium actionum, precum, deliberationum, subscriptionum, prandiij, cœnæ, somni, venationum. In consilijs summa iustitiæ & salutis publicæ cura, & in audiendis aliorum sententijs moderatio & lenitas erat. In prandio, quod vsitata & certa hora sumebat, hilares & lepidi sermones cum astantibus, singularis in victu temperantia & sobrietas, summa ciuilitas & elegantia morum conspiciebatur. A prandio patebat ad ipsum mensæ astantem, vel propè assidentem, aditus, omnibus omnium ordinum, etiam humilimæ & abiectissimæ conditionis hominibus, qui eum alloqui volebant, aut supplices libellos porrigebant. His singulis comiter & placidè, eadem lingua, qua proponebantur negocia, respondebat.

L 2

Vt

Vt enim ingeniosissimus & potentissimus rex Mithridates olim, singulis diuersissimarum gentium populis Imperio suo subiectis, patria lingua locutus esse scribitur: ita noster Imperator Hispanos, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, Boemos, Pannonos, & latinè loquentes, rectè intelligebat, & singulorum linguas, perinde ac si natiuæ essent, callebat. Latina certè oratione non tantum perspicua & diserta, verum etiam eleganti & pura, & expedite profuente, vsum esse constat. Postea aliquantulum temporis quieti, aut hortorum inspectioni tribuit. Antè coenam, rursus vel deliberationibus vacabat, vel recitantes literas, de responsis antea decretis formatas audiebat, & subscriptione sua confirmabat.

Coniugem habuit, vt supra meminimus, Mariam filiam Caroli V. Imperatoris primogenitam, qui sapientia & potentia omnibus suæ ætatis regibus antecelluit, natam ex Isabella filia Emanuelis regis Lusitanæ, qui primus,
vni

uniuersæ Africae, Arabiae felicis, & Indiae littoribus classe sua exploratis, amplissimum in Oriente Imperium, Francisci Almeidae, & Alfonsi Albuquerqueij Ducum virtute & felicitate Heroica potissimum constituit. De cuius vita & rebus in India praecipue gestis, duodecim Ieronymi Osorij libros, non sine voluptate & admiratione summa, studiosi legent.

Fuit autem coniugium nostri Imperatoris castum, dulce, & fecundum, ex quo nouem filios, & sex filias, ac in his Annam, Philippo regi Hispaniae auunculo, & Elisabetham Carolo IX. Galliae regi, in Comitibus Spirensibus, anno 1570. elocatam, suscepit.

Filios disciplina honestissima, & omnium artium, quae adolescentibus ad summa imperia natis, vsui & praesidio futurae erant, tyrocinijs erudiri & exerceri, non minore cura & diligentia curauit, quam laudatissimos illos Persarum Reges olim educari solitos, Xerxes

nophon in Cyri-pedia, & Plato in Alcibiade memorant.

Studia etiam literarum, & Academi-
 mias, in quibus ad vsum Reipublicæ
 & ecclesiæ ingenia erudiuntur & præ-
 parantur, clementer & munificè Impe-
 rator noster fouit, & homines eximia
 virtute & doctrina præstantes, hono-
 rificè ornauit. Aulam eruditissimis
 hominibus, politicis, mathematicis,
 historicis, poëtis, medicis, nulli Aca-
 demia cedentem, habuit: ac VIEN-
 NAM inprimis, antiquissimum ac
 splendidissimum in Germania domi-
 cilium Legum, Gymnasium literarum,
 Curiam dignitatum, Apicem
 imperij, Patriam libertatis, doctrinae,
 virtutis & cæterorum vitæ ciuilibis orna-
 mentorū, præ cæteris totius Imperij vr-
 bibus amauit, et frequētissimè incoluit.

Felicior autem in toga quàm in ar-
 mis fuit. Vnicam enim omnino ex-
 peditionem bellicam, post prima Im-
 perij sui comitia, anno 1566. Augus-
 tæ habita, ipse in Vngariam suscepit,
 vt ad

vt aduersus Solimannum Turcarum tyrannum, senem, iuuenili ferocia, ignem & minas aduersus nouum Imperatorem Christiani orbis spirantem, & immensas copias ducentem, ab Imperij sinibus arceret: in qua expeditione, senex tyrannus Turcicus, ante castrum Zygettum, anno ætatis 78. mortem cum vita commutauit: vt Seleucus Syriæ rex olim eundem ætatis annum agens, à Ptolemæo Cerauno in acie cæsus est, cum paulò ante Antigonom Asiæ regem octogenarium, & Lysimachum non multò ætate inferiorem in acie trucidasset. Hæc in decrepita ferè ætate, excelsi animi & vigoris militaris exempla, quò in historijs rariora, eò in præsentis etiam belli mentione memorabiliora sunt.

Cum autem Turcici exercitus amisso Imperatore Solymanno, in Thraciam redirent: Maxæmylianus etiam, exeunte Octobri, Viennam reuersus est: & facta cum Selymo, Solymani filio, pace, vt subditorum sibi

L 4

popus

populorum tranquillitati, fortunis & vitæ parceret, constanter eam deinceps usq; ad Selymi mortem & Amurathis initia seruauit: donec Polonicorum aliqua quot procerum, à maiore & meliore Senatus regni parte (quæ Maxæmylianum nostrum exeunte anno 1575. Regem elegerat) discedentium consilijs & molitionibus, quas regno Poloniae, & vicinis gentibus Christianis magnâ cladem & dedecus paulô post allaturas esse metuebat, alius quidam Turcico patrocínio innixus in Polonia coronare uir.

Cum verò Imperator, coniunctionem Poloniae cum finitimis Christiani orbis prouincijs, toti Imperio & nomini Christiano salutarem & necessariam idcircoq; coniunctis imperij viribus etiâ retinendam esse iudicaret: indictis Imperij comitijs Ratisbonæ, in media deliberatione et apparatu belli, à Deo, ex huius terreni Imperij molestiis, in tranquillâ & beatam regni cœlestis pacem & felicitatem, euocatus est, ipsa die Maxæmyliani, 12. Octobris, anno superiore proxima

proximo ; princeps sapiens , iustus , moderatus , paterno animo de publica salute & pace perpetuò sollicitus , diligens & assiduus in omni gubernationis officio , clementer tolerans ecclesias puram Euangelii doctrinam profitentes , & literarum studia ecclesiae necessaria fouens , deniq; singulari clementia , lenitate , beneficentia , mansuetudine & comitate paterna erga omnes praeditus .

Tantis virtutibus à Deo ornatum Imperatorem , custodem iustitiae , Legum & pacis publicae fidum & felicem , & toti imperio Germanico salutarem , huic aetati diuinitus tributum , etsi à nobis abductum esse dolemus ; tamē cum Deo euocanti singulos ex vitae huius statione reuerenter parendum esse sciamus ; omisis querelis , gratias potius Deo , autori & custodi Imperiorum & principum bonorum , agamus , quòd ex domo Austriaca , iam longo ordine , sapientes , iustos , & moderatos Imperatores , orbi Christiano dedit , Quos

L 5

rum

rum & erga Principes ac populos sibi subiectos, voluntas fuit paterna, & cursus gubernationis salutaris. Deinde exempla virtutum, quæ sunt diuinæ bonitatis & sapientiæ radij, in his laudatis principibus aspicientes, singuli suo loco, ea quæ possunt & debent, imitentur. Præcipuè verò filij augusti, ad quos, vt regnorum, ita virtutum paternorū hæreditas proximè pertinet. Quos quidem Deo curæ fore non dubito.

Opto autem toto pectore, vt æternus & benignissimus D E V S : qui constituit & transfert regna, & dat salutem regibus sibi caris: optimi Imperatoris Maxæmyliani animæ, propter CHRISTVM redemptorem propitius sit: eamq; in Regno suo cœlesti, & cætu sanctorum Regum ac Imperatorum, Davidis, Ezechiaë, Iosaphati, Constantini magni, Caroli magni, & cæterorum seruet ac tueatur. & ardentibus votis precor, vt Cæsari Rodolpho, vicem patris subeunti, & publicæ sa

ca salutis & tranquillitatis tuenda pro-
uinciam, hoc turbulentissimo totius
Europæ statu, suscipienti, clementer
adsit, & pia ac salutaria Ecclesiæ &
Reipublicæ consilia, & successus in to-
ta Imperij gubernatione felices & opta-
tos, largiatur: & inclytam archiducum
Austriæ familiam, ex qua, continuos
iam trecentos annos, orbi Christiano
summos Imperatores DEVS delegit,
deinceps etiam gubernet ac seruet: &
dulcissimam patriam meam archiduc-
atum Austriæ, & vniuersam Germa-
niam, & orbem Christianum, aduers-
sus impiæ & sæuæ gentis Turcicæ im-
manitatem, & omnium hostium furo-
res, vmbra manus suæ omnipotentis
protegat & tueatur: vt hospicium veræ
religionis & ecclesiæ Christi, domicili-
um iustitiæ, legum, pacis, studiorum
doctrinæ, omniumq; artium & virtu-
tum, ac ornamentorum vitæ ciuilibis,
tranquillum & florens perpetuò ma-
neat.

Verissima enim vox est Salomon-
nis

172 *ORATIO DE MAX. II. IMP.*

nis: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Et quod alibi apud eundem Salomonem, regem sapientissimum, æterna sapientia, Filius DEI, autor & custos Imperiorum & Principum bonorum, inquit: Penes me est consilium & successus; intelligentia & executio: Per me Reges regnant, & iudices iusta decernunt: Per me principes dominantur, & regnant omnes iudices terræ: Ego diligentes me diligo, & glorificantes me glorificabo.

DIXI.

SEQUUNTUR Genealogie aliquot illustrium familiarum, toti Historiæ Caroli lucem adferentes.

PATER.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several horizontal lines, with some lines appearing to be part of a list or index. The ink is very light and difficult to discern against the aged paper.



PATERNVM
CAROLIV.

GENVS, ex stirpe Archiducum AVSTRIÆ propaga-
tum. RODOLPHVS Habsburgensis

Imp. 1273.

ALBERTVS I. archidux Austriae Imp. 1293.

FRIDERICVS pulcher
Imp. electus 1314.

Albertus II.

Albertus III.
fundator Academiae
Viennensis 1356.

Rodol-
phus

Leopoldus caesus ab Helue-
tjis 1387

Ernestus.

Albertus IIII.

ALBERTUS V.
Imp. 1438.

Fridericus III.
Imp. 1440.

Albertus fun-
dator Acad.

Vxor Leonora, Ed-
uardi regis Portugal-
liae filia Emanuelis a-
mita.

Frib. 1460.

MAXIMILIANVS I. Imp. 1494.
Vxor MARIA, Caroli Burgundi filia & haeres
unica.

PHILIPPVS natus 1478.
Belgici princeps est rex Hispaniae,
ante patrem obiit 1506.

MARGARI-
TA, Ioannis Ar-
ragonij vidua.

CAROLVS V. FERDinandus,
natus 1500. natus 1503.
Imp. 1519. Imp. 1558.
Obijt 1558. Obijt 1564.

Leo-
nora Gal-
licae regi
Francisco
nupta.

Elisabeth
Christiarni
Daniae regis
vxor.

Maria
Ludoici
Vngariae
Regis
Coniunx

Cathari-
na postu-
luma.

A

PATERINVM

CAROLIVS

GENVS, ex parte Archiducum Austriae
cum RODOLPHVS

ALBERTVS II

FRIDERICVS
Imp. elect. 1178

Albertus III
Imp. elect. 1178

Albertus III

Albertus IV
Imp. 1178

PHILIPPVS

Imp. elect. 1178

CAROLVS FERDINANDVS

Imp. 1178

Imp. 1178

Imp. 1178

PATER

CAROL

GENVS ex sup Archiduc

cum RODOLPH

ALBERTVS

ERIDERICVS

Aug. elector

Albertus I

fundator

Monasterii

Albertus III

Albertus IV

Aug. 1418

MAX

1418

1418

PHILIPP



Sanctius
Ferdina
Alfonso

Petrus
1350.

ALFONSO

ALFONSO

ERDINANDVS
CATHOLICVS

ALFONSO

ALFONSO



MATERNA CAROLIV.

ex catholicis Hispaniæ Regibus profapia.

ALFONSVS X. Rex Castellæ, à quo Tabulæ Alfonsinæ nomen
habent, cœpit 1252.

Sanctius IIII. cœpit 1282.

Ferdinandus IIII. 1295.

Alfonsus XI. 1310.

Petrus Henricus II. 1369.

1350.

Ioannes I.

Henricus III. Rex
Castellæ 1390.

Ioannes II. 1406.
obiit 1453.

Henricus IIII ELISABETH
obiit 1415. Regina Castellæ
απαλε. obiit 1504.

Ferdinandus iustus, rex
Aragonie 1416.

Ioannes rex ALFONSVS
Aragonie sapiens Rex
Neapolis obiit
1458.

FERDINANDVS magnus
Rex Aragonie CATHOLICVS
obiit 1516.

Ioannes I. Ara
gonie obiit ante
patrem
1497.

Elisabeth Ema
nuelis Portu
gallie regis
vxor 1497.
obiit 1498.

Michael bimus
obiit 1500.

IOANNA
Philippi archie
ducis Austriae
coniunx.

Maria
altera
Ema
nuelis
vxor,
octo li
beroru
mater.

Catharina
Henrici VIII.
Angliae Re
gis.

CAROLVS V.
Imp.

Ferdi
nandus

Leo Elisa
nora beth
B

Ma
ria

Catha
rina.

MATERIA
CAROLINA

ex catholice Hispanice Regibus promissa

ALFONSO X. Rex Castellae et Legionis

habens regni

Sanctae III. regis

Castellae III. regis

Alfonso XI. regis

Henricus II. regis

Regis

1310.

Henricus I.

Henricus I. regis

Castellae regis

Henricus I. regis

Castellae regis

Henricus II. regis

1310.

Henricus I.

Henricus I.

Henricus III. regis

Castellae regis

1310.

Ferdinandus rex

Castellae regis

1310.

Henricus I. regis

1310.

Henricus I. regis

1310.

Henricus I.

Henricus I.

Henricus I.

Henricus I.

Henricus I. regis

1310.

Henricus I.

Henricus I.

CAROLUS V. rex

1310.

CAROLUS V. rex

1310.

MATERIA
CAROLI

ex catholice Hierarchie Reg
ALTONAENSIS Archiepiscopus
habens regni 1772

Sanctus III. capit. 1772.
Tribunum III. 1772.
Altona X. 1770.

Henricus A. 1762.
Henricus A.
1770.

Henricus A. 1762.
Castellanus 1760.

Henricus A. 1762.
episcopus 1772.

Henricus III. ELISABETH
Regina Castellae
obijt 1712.
obijt 1704.

Henricus A. de
Gene. obijt an
1772.
1772.



D

DIKE TROXA
S. 128

S. 129
S. 130

S. 131
S. 132

S. 133
S. 134
S. 135
S. 136
S. 137
S. 138
S. 139
S. 140
S. 141
S. 142
S. 143
S. 144
S. 145
S. 146
S. 147
S. 148
S. 149
S. 150
S. 151
S. 152
S. 153
S. 154
S. 155
S. 156
S. 157
S. 158
S. 159
S. 160
S. 161
S. 162
S. 163
S. 164
S. 165
S. 166
S. 167
S. 168
S. 169
S. 170
S. 171
S. 172
S. 173
S. 174
S. 175
S. 176
S. 177
S. 178
S. 179
S. 180
S. 181
S. 182
S. 183
S. 184
S. 185
S. 186
S. 187
S. 188
S. 189
S. 190
S. 191
S. 192
S. 193
S. 194
S. 195
S. 196
S. 197
S. 198
S. 199
S. 200

S. 201
S. 202
S. 203
S. 204
S. 205
S. 206
S. 207
S. 208
S. 209
S. 210
S. 211
S. 212
S. 213
S. 214
S. 215
S. 216
S. 217
S. 218
S. 219
S. 220
S. 221
S. 222
S. 223
S. 224
S. 225
S. 226
S. 227
S. 228
S. 229
S. 230
S. 231
S. 232
S. 233
S. 234
S. 235
S. 236
S. 237
S. 238
S. 239
S. 240
S. 241
S. 242
S. 243
S. 244
S. 245
S. 246
S. 247
S. 248
S. 249
S. 250

128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250

**DUCVM BVRGVNDIÆ PROXI-
morum, & Margaritæ Britannicæ, proavia
Caroli, familia.**

Ioannes Gallie Rex ab Anglis captus 1356.

**PHILIPPVS Audax, Dux Burgundie
Caroli V. Gallie regis frater, obiit 1404.
Vxor Margarita Flandrie hæres.**

Antonius Dux
Brabantie.

Ioannes ad Nicopolim à Tur-
cis captus 1379. ducem Au-
relie per sicarios interfecit
1407. rursus interfectus
1419.

**PHILIPPVS BONVS, Brabantiam,
Hollandiam, Selandiam, Hannoniam, Artesio-
am, Burgundie domui adiunxit. obiit 1469.**

Richardus Dux
Eboracus prone-
pos Eduardi
III. Anglie
regis.

Carolus I.
Dux Burbo-
nij.

**CAROLVS
BVRGVN-**

DVS, tan Postrema

MARGA- Eduardus
RITA Bri III. Rex
tannica Ang.
Ἐπαίσ.

Elisabeth,
nupta

Cathari- Elisa- Prior con-
rina v. beth iunx ex qua
xor Adol- filia.
phi Gela-
drie Dux
sis

**MARIA, Ma-
ximiliano I. Imp.
nupta.**

**HENRI-
CO VII.
Anglia
regi.**

Carolus
Dux Gela-
drie.

**PHILIPPVS
CAROLVS V.
Imp.**

**HENRI-
CVSVIII.
Rex An-
glie.**

C

BY ON M FERRANDIE TROXI

JOHANNES GILBERTUS BURGUNDIENSIS

Carolus, f. 178.

Joannes Gualtherus, obitus caput 178.

PHILIPPUS BOURBON, Dux Burgundie

Carolus V. Imperator, obitus 1550.

Carolus V. Imperator, obitus 1550.

Joannes de Nicopolis, Dux

obitus 178.

Carolus V. Imperator, obitus 1550.

1452.

PHILIPPUS BOURBON, Dux Burgundie

Hollandie, Flandrie, Brabantie, Artois

obitus 1467.

Nicholas Dux

Edouardus

obitus 1370.

III. Augustus

regit.

CAROLUS

BURGUNDIENSIS

Carolus I.

Dux Burgo.

MARGA. Eduardus

RITA. Rex III. Rex

Aug.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

obitus 1370.

PHILIPPUS

CAROLUS V.

Carolus

Dux Gb.

BY ON M. B. R. G. V. A.
Carolo, f. 10
P. W. I. L. I. P. P.
P. W. I. L. I. P. P.
CAROLUS
BRONN
D. N. S. ...
Carolo I.
Das Buch
Carolo I. ...



R. IV GALLIAE SERRI

Am Breitenwang 1891

ERKLENDUNG

Erklärung

1891

Verband

Nr. 1

1891

ERKLENDUNG

Inhaltsverzeichnis
der in der Impression
des Jahres 1891
erschienenen
Verhandlungen
des Vereins
für die Geschichte
der Provinz
Sachsen-Weimar

Nr. 1

1891

1891

1891

HERVOR

gegeben

von

dem

Verband

der

Historischen

Erkenntnis

des

Verbandes

1891

1891

1891

1891

1891

1891

1891

REGVM PORTVGALLIÆ SERIES.

IOANNES, primus fretum Herculeum transgressus
Septem cepit.

Henricus, Africae littora
classibus lustrare cepit,
Obijt 1460.

EDVARDVS,
Tingim & Alcazar
cepit 1471.

Alfonsus V.
Rex Portug.

Ferdinandus.

Ioannes II. Rex
Portug. Obijt 1495.

EMANVEL Rex Por-
tugalliae florentissimus, amplissimum
in India Imperium constituit. Cœ-
pit anno Christi 1495. succedens
Ioanni II. Huius res gestas duode-
cim libris descripsit *Osius*.

Alfonsus VI. ante
patrem obijt.

Michael cui
infanti uni-
uersa Hispa-
nia iuravit.
Obijt bimus
1500

*ELISA-
BETH
CONIUX
CARO-
LIV.*
Imp.

IOANNES III.
Rex Portu-
galliae anno
1523. cœ-
pit ex Catha-
rina *Caroli
V.* sorore.

Ludoicus
ANTONIUS
nothus Pseudo-
rex Portug.
profligatus
1580.

*Fer-
dinan-
dus.*

*Alfon-
sus
Card.*

*HENRI-
CVS* Car-
dinalis, cui
Historiam
*Emanuelis
Osorius* de-
dicauit.

*Edu-
ar-
dus.*

*Beatrix
Caroli Sab-
audi vxor
Philibertus
Emanuel*

Ioannes IIII. obijt
1544. ante patrem, reli-
cto ex *Ioanna Caroli V.*
filia, posthumo.

MARIA Philippo regi
Hispaniae nupta.
PHILIPPVS
Rex Hispaniae.

SEBASTIANVS posthumus, Rex Portugalliae, à rege Fesae
in Africa cæsus 1578. die 4. Augusti.

*Catha-
rina Bri-
gantina.*

*Maria, Ale-
xandri Far-
nesij Ducis
Parmensis
vxor.*

Carolus.

D

REGNUM PORTUGALLIE SER...

JOANNES...
Septembris

EDMUNDVS
Tertius
1471

Henricus...
1471

Henricus...

Henricus...

EDMUNDVS

Henricus...

Henricus...

Henricus...
1471

Henricus...
1471

Henricus...
1471

Henricus...
1471

Henricus...
1471

Henricus...

Henricus...

Henricus...
1471

Henricus...
1471

SEBASTIANVS...
1471



REGVM POI

IOANNES...
Septembris

Henricus...
classicus...
Obijt...

Michaelis	ETIA	IOANNES
Augustus	BETH	Henricus
Septembris	Contra	Henricus
Junius	CAROL	Henricus
Obijt Henricus	Henricus	Henricus
1700	Henricus	Henricus

GÄLLERVOIMIXON

Das Gallenrezept

Indica
Gallen
Zucker

Das Gallenrezept
Zucker
Gallen

Das Gallenrezept
Zucker
Gallen

Das Gallenrezept
Zucker
Gallen


Das Gallenrezept
Zucker
Gallen

Das Gallenrezept
Zucker
Gallen



GALLIÆ REGES PROXIMI, QUO-
rum in hac oratione mentio fit.

IOANNES Valesius Rex Galliaē cœpit 1350.



E



GALLIAE REGES PROXIMI QVI

JOHANNES V. REX GALLIAE REGIS 1550

Carolus N. Rex Galliae regni 1554
Philippus Rex
Ludovicus

Carolus VI. Rex Galliae regni 1574
Philippus Rex
Ludovicus

Carolus VII. Rex Galliae regni 1589
Ludovicus Rex
Carolus X. Rex

Carolus VIII. Rex Galliae regni 1589
Ludovicus Rex
Carolus IX. Rex

Carolus X. Rex Galliae regni 1598
Ludovicus Rex
Carolus XI. Rex

Henricus Rex Galliae regni 1589
Ludovicus Rex

GALLIAE REGES

JOHANNES V. REX

1381
Carolus V. I. Indicus
Dux Ar-

1381
Carolus V. I. Indicus
Dux Ar-

1417
Carolus V. I. Indicus
Dux Ar-

1458
Carolus V. I. Indicus
Dux Ar-

1484
Carolus V. I. Indicus
Dux Ar-

1498
Carolus V. I. Indicus
Dux Ar-

1519
Carolus V. I. Indicus
Dux Ar-

F. ERDANNOZIO

...
...
...

ERDANNOZIO
...

...
...

ERDANNOZIO

Fe
du
pu
ro
G

...
...
...
...
...



FERDINANDI DVCIS CALA-
bria Maiores, & cum Hispania
Regibus cognatio.

Ferdinandus Iustus Rex Aragoniæ

ALFONSVS magnus
 Rex Aragoniæ et NEAPO-
 LIS obiit 1458.

Ioannes Rex
 Aragoniæ post
 fratrem.

FERDINANDVS obiit
 1494 inuente.

FERDINANDVS
 magnus catholicus,

Alfonfus Rex
 Neap. 1494
 Gallias in Sici-
 liam fugit.

FRIDERICVS
 Rex 1496.

Ioanna Philippo archiduci
 Austriæ nupta.

CAROLVS V. Imp.

Ferdinan- Isabella, Io.
 dus rex 1495. Galeacij Me-
 pulsus à Ca- diol. vxor.
 rolo VIII.

Galliæ rege. BONA re-
 gina Poloniæ.

Ferdinandus Calæ-
 bria Dux, Tarenti
 consaluo deditus 1503.
 in Hispaniam abductus,
 & à Carolo V. ex
 carcere liberatus est.

F

FERDINANDI DVCIS GALIAE

bruo Maioris, Et cum Hispania

Regibus cognatis

Ferdinandus Imperator Augustus

ALFONSO V. REX ARAGONUM

Rex Aragonum et Sicilie

et Sicilie

FERDINANDUS

et Sicilie

FRIDERICUS

Rex Sicilie

Alfonso Rex

et Sicilie

et Sicilie

et Sicilie

Ferdinandus Comes

et Sicilie

consilio et auctoritate

in Hispaniam

et a Carolo V. re

gentis liberavit

Ferdinandus

dux regis Catholici

et Sicilie

et Sicilie

et Sicilie

et Sicilie

FERDINANDUS

dux Saxonie, Elector

Regni Bohemae

Archiducis Austriae

ALFONSO

Rex Hispaniarum

et Siciliae

FERDINANDUS

Imperator Romanorum

Alfonso Rex Hispaniarum

et Siciliae

et Archiducis Austriae

et Saxonie

et Regni Bohemae

et dux Saxonie

et Elector Regni Bohemae

et Archiducis Austriae

et Saxonie

et Regni Bohemae

et dux Saxonie

et Elector Regni Bohemae

et Archiducis Austriae

et Saxonie

et Regni Bohemae

et dux Saxonie

et Elector Regni Bohemae

et Archiducis Austriae

et Saxonie

et Regni Bohemae

et dux Saxonie



LEONI


VII

CO

Ioannes, Pet
postea
LEO X. |
Papa. La

Catharina
uxor Henr
Regis Gallia

**LEONIS X. ET CLEMENTIS
VII. PP. Familia Medicea.
COSMVS Medices**



G

LEONIS X ET CLEMENTIS
VII P.P. Familiaris
Litterarum


Per
I. Antonium

Per
I. Antonium
Litterarum
L. X
P.P.

Per
I. Antonium
Litterarum
L. X
P.P.



LEONIS X. ET
M. P. P. FAMILIA
COSMVS Medicvs



173

LVDOLICI XII.
GALLIÆ REGIS

scite & facete dicta,

Nerat Regi cum gravitate
iunctus facetiarum non
scurrilis lepos: vt eius mule
ta lepidè dicta circumfer
runtur, in quorum possessionem vul
gus iam inuasit.

Iniurias priuato sibi illatas, regnum
adeptus vlcisci noluit, dictitans, parum
decorum esse Regi Gallico, iniurias il
latas Aureliorum duci vlcisci.

Mortuo Carolo, perlegens, libel
lo oblato, Caroli domesticos, duorum
ex iis cum quibus similtates olim gef
ferat priuatus, nominibus crucem ad
didit: illi conturbati abeunt, crucem
sibi rati paratam. At mox humanissis
mè reuocantur, eo enim signo obliuisci
se, ait, similtatum.

Suppræfectum Aurelianensem,
quo familiariter priuatus erat vsus, sæ
peq; fordium reum liberarat: cùm in eo
essent

essent omnia ad perniciem profligata
damnari passus est: id adiiciens, con-
tendi priuatus pro amico: Regnum
cum sum adeptus, leges mihi tuendae
sunt.

Plebem & rusticos pascua aiebat
esse tyrannorum & militum: milites
pascua esse daemonum.

Cum Lutetia obambulans, obuios
haberet quosdam e Senatu, qui raptim
ad Senatum properabant: An non,
inquit, hi ad nondinas videntur profis-
cisci? imitatus Stratoclem & Dioclem
qui se mutuo ad messem auream inuita-
bant, ita enim tribunal et curiam voca-
bant.

Valde laudabat aruspicias augurisq;
eius responsum, qui consulenti, quid
oculis maxime prodesset? respondit:
Si pragmaticum patronumq; rarissime
videris.

Ipsae Lutetiae persaepe, cum Liliatis
subsellis ius dicebatur, intererat, pa-
tronosq; disertos non illibenter audie-
bat, Eos tamen sudoris officium impu-
denter

denter sibi vendicare aiebat, Namque quod sutoris est proprium, dentibus a lutam producere: hoc patronos in dilatandis prudentum responsis, & Caesarum legibus facere aiebat.

Cum audisset galero Pontificio donatum indoctum quendam ab Alexandro Pontifice, Bellum verò histrionem (aie) Pontificem, qui nobis in purpura simias, in pelle leonis asinos exhibeat.

Eiusdem est illud, Deteriorem esse conditionem equorum, quam asinorum: Quippe equos cursu fatigari & diripi, ut asinis sacerdotia praefecturasque ecclesiasticas à Roma referant, significans ignaris hominibus, ac nullo passim delectu habito, ut quisque prius Romam adcurrit, sacerdotiorum vacua munera his conferri.

Annam Reginam cum videret cupidine dominandi flagrantem, multa se quoque in scio moliri: vxori pudicae multa (aiebat) condonanda.

Ean

Eandem acrius instantem, tundendo adepturam se sperantem, ut desponderet: Carolo, Maximiliani Caesaris nepoti, Claudiam filiam, foedus aiebat velle pacisci inter musculos domesticos & aluros.

Fidem occinenti eadem ita respondit: Itane verò tantidem esse putas, praesse Britanniae minori obnoxiam filiam Gallicis Regibus: quanti nuptiam potentissimo Regi unam nobilissimi regni commodis frui? Visne, inquit, clitellas a fini ephippiis equi praeferre?

Principio et ceruas cum cervis, cornibus altis insignitas à natura: at cum ceruae cervis sese praeferrent, indignatum Deum, excornes ut impofterum prodirent imperasse. Solebat enim vel fabella vel Apologo quid sentiret esse ferre, admonens Reginam, ne sua sibi insolentia potentiam minueret.

Eidem dicenti futurum, ut claudicantem leuiter filiam gener contemneret, id ingessit: Certum esse amorem morum futurum, ut formam aetas popularetur

Lugdus

Lugduni deprehensus ab aulicis duobus viuo Carolo, & antequam nosceretur, vexatus multis verborum contumelijs, cum illi conturbati Carolo mortuo abissent, absentes sua sponte reuocauit, pristinaeque dignitati restituit, exuisse se personam Aureliorum ducis dictitans; proinde Regi nihil haec esse curae;

Cum Iulius Pontifex sacrilegum eum insimularet; Atqui (inquit) absurdissimum est, ut qui donaria diuum ipse manibus gerat, alios sacrilegum arguat.

Cum audiret Bernenses, eos qui Ioanni Nauarorum parerent, nobilitatem ex aequo omnes iactare; Atqui, aiebat, decem nobilibus eiusce gentis, vnicus ensis satis superque fuerit; hoc & in Pisonicos iactitabat.

Cum Pontifex diras in eum euomeret; Atqui, ait, precandi ille, non imprecandi causa Pontifex constitutus; repetens laudatam eam vocem sacerdotis quae adduci non potuit, ut Alcibiadem execraretur.

M

Cum

Cum audisset Franciscum Gallicum Cæsarem, qui postea regno potius est, magno ære alieno contracto, Regia quoque pecunia a quæstoribus mutuò sumpta, anxium esse, rationes hæc in fiscum quo pacto referentur, ipse quidem eum vacuo animo esse iussit: hac tamen fabella admonuit, Equitabam cum patre: proximus mihi videbar oppido in quod perueniendum nobis erat: itaque visis templi primi altiusculis, cum è via languerem, ad patrem conuersus: en iam, aio, confecta via: peruenimus in oppidum: (aberamus verò ab eo loco multis stadijs) ille ad me conuersus, Adolescens, inquit, ne posthac pinnis visis templorum, iter te executum dixeris: tacitè innuens indignum esse, vt spe & specie largitionis, nondum adepti principatus commoda se percepturum existimaret.

Cum honori velificari Regio Iulius Pontifex diceretur, non tantum ocij superfuisse D. Petro aiebat, vt res Claudij Cæsaris, aut Domitij Neronis, quæ

quæ ad se nihil attinebant, curaret,

Ex antiquorum rebus gestis res gestas Philippi Macedonis Alexandri patris, & Vlpij Traiani Cæsaris maxime probabat.

Vnus è sodalities Franciscano magni nominis coram eo concionans, argutissimis disputationibus concionem clauserat, dum in dubium reuocat, si Dei Opt. Max. specie, dæmon viro integræ vitæ appareat, isq; sese colligebat, si is pro Deo dæmonem habens conluerit, an is in sacrosanctæ persuasionis violatæ crimen inciderit? Eo audito, qui magis deliraret vidisse se neminem, aiebat. Proinde futurum vt posthac concionibus sacris abstineat, nisi concionatores lites eas inter se bona fide componant.

Aulico magni nominis vxoris adulterium deplorante: Diræ, inquit Pontificiæ, & vxoris adulterium, si quis contempserit, nunquam sanum hominem commouebunt, & de gradu deiciant; si quis his vel leuiter commouea-

M 2 tur

tur, aculeum nocturnum diurnumque
qui perpetuo hæreat, relinquet. Cate-
rum probi utroque mouentur.

Gloriabatur, cum sollicitum suspi-
cionibus regnum, suspensum metu,
perturbatum nouis consilijs Carolus
tradidisset, id se Francisco florenti &
ætatē & viribus tranquillum relictu-
rum.

Cum audiret Iulium immodicè se
se efferentem, qui tot vrbes puncto
temporis recepisset, quas vix Franci in-
tra triennium occuparant; Non enim,
inquit, erat Gasto Fuxeus: Imitatus
Iliensem; is glorianti Fimbriæ, qui Ili-
um XI. die ceperat, quam urbem A-
gamemnon X. anno vix ceperat, ipse
eam XI. die cepisset, Non enim He-
ctor aderat, qui pro ciuitate pugna-
ret.

De magnitudine frequentiaque ho-
minum, qui Lutetiæ erant, disceptan-
ti & Stifaco miranti quo pacto tantus
numerus hominum aleretur: Quid
miraris, ait, quo ego pacto cum tot an-
nos pe-

nos pedibus æger iaceam, pedestre tamen certamen in eam, vbi res exigit & significans hominum industria & improbo labore multa perfici, quæ factu natura difficilia videantur.

Antonio Viuonio, dum ex condito vnusquisq; quibus studijs adolescentiam traduxisset, dicenti se pelle vituli contectum, in aucupium, quo aues falleret, descendere solitum: Tu verò, ait, haud omnino adhuc vitulinam pellem exuisse videris: notans in eo fœcordiam apertam. Nam Galli fœcordes & stultos vituli nomine designare soliti sunt.

Narrante Aleandro ex veterum monumentis, augures si vlcus haberent, inaugurandi gratia, sedere prohiberi: quasi hoc esset signum, non oportere, qui vlcus aut perturbationem animo habeat tractare res diuinas. Felicem, ait, Pontificem, qui in ea tempora non incidisset: nunquam enim inaugurandi potestatem habiturum, si ad vetera sacra redeamus.

M 3

Eidem

Eidem referenti, solitos olim & cane & capella abstinere sacerdotes, ut non modo attingere, sed ne appellare quidem liceret: pessimè hoc aiebat obseruari ab Alebreti filio, vno ex purpuratis Pontificijs, qui & capræ carnibus, Biarnensium mores imitatus, haud illibenter vesceretur, & agmen canum venationis gratia in delitijs haberet.

Cum sæpè repeteret edictis suis Iulius, ecclesiæ seruandæ gratia bellum Ludoico indictum: Laudabat id vetus prudentis hominis, qui capitaliorem dixit iniustitiam eorum, qui tum cum maximè fallunt, id agunt, ut boni videantur.

Vnus ex stipatoribus eius Despensius, cum Aulico, genere, honore, exæstimatione, principe suæ familiæ, exarserat iracundia, cum stipator nobilitate generis non se esse inferiorem Aulico iactitaret: erantq; eo nomine incertamen venturi. Hos ante se iubet sisti Ludoicus, rogatq; stipatorem, vnde ei genus, qui ita se conferret nobilissimo ho-

mo ho

mo homini. Tum ille eo se genere natum ait, quo nullum sit nobilius. Id quidem fateri regem ortum stirpe Noë sibi verò genus esse ac gentilitatem ex alterutro eorum, qui cum Noë fuissent eo tempore, quo vniuersus orbis aquis subuersus est Cachinnum dicitur rex sustulisse, in stipatorem, quasi eadem gentilitate sibi coniunctum, conuersusq; ad Aulicum magnæ nobilitatis, rogauit, despiceretne eum, cui genus esset regium sibiq; æquale. Eoq; iocose placauit vtrunq; dextramq; porrexit ambobus: vtriusq; enim animi magnitudinē perspectam habens, iacturam se neutrius facere velle aiebat: quod necesse erat, si ad singulare certamē venissēt.

Baionensem Centurionem & Lemouicensē superbius de exitu & ordine prælii differentes hactenus tulit, vt Baionensē diceret; Cū te rogabo pernas quomodo salire oporteat in dosilio vel seria: Lemouicensē autem; Cū te rogabo, Castanea qua in terra, et quo pacto repastinata serenda, & quibus

M 4 campis

campis rapa & napus latentur, tum demum respondeto.

Silente utroque, conuersus ad Lemouicum, Nostin, inquam, in alio solo rapam biennio fatam conuerti in napum: in alio napum raporum accipere speciem? ita & tu haufisti à Baionensi superbiam, ille à te ignorantiam, quæ sic insolescat.

Libros M. T. de officijs, Catonem maiorem, Lælium, Paradoxa, orationes culas aliquot in Gallicam linguam, etsi parum fideliter versa, summopere exosculabatur.

Valde delectabatur M. T. dicto, quo Cæsarem admonuerat, nullam de virtutibus eius plurimis nec gratiorem nec admirabiliorem misericordia: homines ad Deos nulla re propius accedere, quàm salutem hominibus dando: nihil habere nec fortunam regiam maius quàm ut possit: nec naturam melius, quàm ut velit conseruare: eaque Francisco genero sæpè inculcabat, conducere arbitratus, talibus aureis eius
vocibus

vocibus vndiq; circumsonare: isq; for-
ceri admonitionibus excultus clemen-
tissimè postea regnavit, eisi multis ho-
stium domesticorumq; insidijs exagis-
tatus.

Delectabatur & Commentarijs
Iulij Cæsaris in linguam patriam euerlis
potius quàm versis, ita erroribus scate-
bant; laudanteq; Hieronymo Alean-
dro clementiam Cæsaris, ipse quidem
laude non indignam, cæterùm tempo-
rariam & alliciendis Romanis ostenta-
tam aiebat, exemplum adferens ex V-
xeloduni deditioe, cùm deditis Cæ-
sar omnibus qui arma tulissent, manus
præcidisset, vitamq; concessisset; &
Galliam ipsam pacatam per se, specie
belli vndiq; conquisita, vexasset & spo-
liasset. Fidelitatem quoq; Cæsaris se de-
siderare aiebat his in commentarijs, in
numero aut cætorum, aut eorum qui
ex vrbibus ad bellum prodijissent refe-
rendo.

Aleandroq; Xerxis numerum ter-
restrium copiarum referente, quas fu-

M 5 isse

isse CLXX. myriades: & Semiramia
 dis Assyriorum reginae, cui fuerat pedis-
 tatus centum millia, equitatus centum
 myriades, falciferorum & plaustrorum
 decies decem millia, virorum in Ca-
 melis pugnantium idem numerus: alio-
 rum camelorum (vbi opus erat) vici-
 es dena millia: naues in Baetris ter mila-
 le: Elegantia venustateq; verborum a-
 bundantes exteros, historiae veritatem
 aiebat transgressos: tantumq; abesse, vt
 aut qua de Xerxe aut Semiramide scri-
 psissent, vera sibi esse persuaderet, vt
 & in probatissimis historijs corruptos
 interdum numeros bellatorum verere-
 tur: quos & a Valerio Antiate vanissi-
 me auctos T. Liuius passim fatetur.

Aiebat verò Græcos, qui pauca
 gessissent, disertissime historiam scri-
 psisse: Romanos & disertè scripsisse,
 & res gessisse historia non indignas:
 Gallos, multa strenuè cùm gessissent,
 nihil literis mandasse.

Aleandrum Rex, cùm Lutetiae
 summo auditorum concursu Gryphū
 Ausos

Ausonianum primum & Theodori
Gazæ Græcæ linguæ Grammaticas in-
stitutiones; mox & Platonis Timæum,
& M. Tullij Ciceronis librum de vni-
uersitate enarraret; quingentorum num-
mum aureorum stipendio annuo foue-
rat. Ea liberalitate factum est, vt ad
mansuetiorum Musarum studia plures
confluxerint.

Rogabant Lascaris & Robertus
tus susciperet causam Benedicti Scali-
geri aduersus Venetos, qui Veronam
aliaq; oppida Scaligeris extorsissent.
At ille vetere versu respondit. Non sibi
his esse opus, qui pro diuitijs titulos
& tumulos demum auro ostentare
soliti sint.

Cum Doruallus narraret: violato
iureiurando Valentinum Borgiam Cæ-
sarem à Consaluo perfidissimè reten-
tum & vinctum ad Ferdinandum mis-
sum: Ergo, ait, posthac pro Punica,
Hispanicam fidem sumus celebraturi.

Narrabat Copus Basiliensis medicus,
regi acceptissimus, ex veteribus scripto-
ribus Cer-

Cervos qui ex Sicilia in Calabriam ac Rhegium urbem transnarent, per aestatem desiderio pabuli, longitudine natationis, defessos, quod onus capitis super aquas extantis non facile perferant, ad levandum laborem rationem hanc inire. Natate quidem ordine cunctos unus ductum alio post alium sequente: ita videri exercitus imaginem congruo ordine incedentis. Inter natandum vero singulos super anteriores caput imponere: Ac si accidat ordinis decurionem animo labare, mox hunc in tergo locari, alium vero decurionis in locum substitui, quasi novus tergi ductor declaratus sit: ita representari aciem, in qua Aubignius tergum, frontem Grinianus regat, usque adeo etiam ad cervos militaris disciplina transiisse videatur. Hac narrantem intuitus Rex, risu diffluens, Non mirum igitur si apud Rhegium cervi, disciplina astuque militari pollentes, Gallos crista feroces devicerint, innuens Gallos mi-
litari

litari potius astutia, quam robore, Apulia, Calabriaque depulsos.

Cum narraret Alexander quosdam ex veteribus olim usus cornibus ante pocula inuenta, usus cochlea pro tubis: id retulit, ætate homines fieri aptiores.

Vetus illud, necesse est facere sumptum qui quærit lucrum, maximè probabat: cum tamen non sequeretur idem illud iactans. Qui homo maturè quæsiuit pecuniam, nisi eam maturè parcat, mature esurit. Dicebat eum qui pontificibus his, qui bello potius quam pietati student, primus arma, sodalibus sanctioris vitæ instituta professis, equos permisisset, & militarem & cœlestem disciplinam corrupisse.

Cum audiret Armeniacum efflammam deperire puellam Neapolitanam, quæ vultu adeo esset modesto, adeo venusto vt nihil supra: Grauem esse aiebat tyrannum voluptatem, quæ ea demum concupiscat, quorum sit copia angustior.

Itaque principatum adeptus, multa
statuit

statuit, quæ videbantur vtilia ad litium anfractus tollendos, sed ea adhibitis prudentissimis hominibus vtriusq; ordinis.


Exteros quidem etsi olim inimicissimos fouit, vt Ioannem Ludoicum Fliscum, quem inter equites Torquatos adscripsit, tribunumq; maritimarum apud Genuenses designauit.


Nactus ad Braccum Lutetiæ Senatores Parisienses, qui sese pilæ ludo oblectabant, acriter increpitos, si posthac deprehenderentur, pro Senatoribus, habiturum se stipatorum loco edixit: pertinere hoc ad maiestatem Senatoriam putans, si minus occupati ludicris publicis viderentur.

Audiens vnum ex Heluetijs suis stipatoribus, diris confixum Pontificijs, cum æs alienum ad tempus non dissoluisset: An ideo: inquit) minus, diris confixi, pane albo vescuntur? significans plerisq; qui castra sequuntur, parum hæc esse

curæ.

FINIS.






Tm 2001


ULB Halle
005 305 853

3



m. i.





B.I.G.



Farbkarte #13

*De tribus nostræ ætatis Casari-
bus Augustis,*

CAROLO V.
FERDINANDO I.
MAXIMILIANO II.

Orationes

A

DAVIDE CHYTRÆO,
datæ adolescentibus in
schola recitandæ.



VVITEBERGÆ
ANNO
M. D. LXXXIII.

